2 & ibi. † Quærunt doct. est quęstio inter aliquos de aliquo filio, & negat esse filius ab aliquibus cōsanguineis eius, cuius dicit se filium esse: pater, quem asserit. dicit: Certè tu non es filius meus: an filio noceat? Et tenent doct. quod non; quia dictum patris, p. desse potest, & non obesse, vt l. j. §. si quis. j. de Carb. edi. Et breuiter refert Cy. & Iaco. de Aret. quod fuit quædā mulier quæ erat regina, & habuit vnum filiū de quodā milite: postea ille filius, quia credebatur filius[l] primogenitus regis. succesſit in regno: demum mater veniens ad mortem dixit: licet sit filius meus, tamē non est filius regis, sed cuiusdā militis: & sic filius postea sciens renunciauit regno. Credo quod filius, qui renunciauit regno, non bene fecit: quia hoc[m] sibi non præiudicabat. Et dicit Iacob. Hoc non fecissem ego, quia non renunciassem regno. Pro hoc est glos. in l. vltim. coniuncta glosſ. cum text. j. de proba. Qualiter autem probatur quem esse de tali genere, vel de tali natione & familia, vide glosſ. in l. j. circa fin. de proba.

¶ Probetur filiatio. Practica, pbandi filiationē. Adde no. in per Cano. in c. per tuas. de prob. & Iac. But. in l. quidā. ff. de pba. & q no. in l. ne. q. pfessio. C. de testa. & dicit Bald. hic per hāc l. q ad, pbandū legitimationē filij, debet, pbari de matrimonio parentū. Q đ qualiter, pbaī, vide Bart. in l. si qs vxor. de adul. Et istis adde alios modos p Bal. in l. nec̄ natales. C. de, pba. Adde qualiter probetur filiatio. Bald. consil. lix. & cxix. ij. lib. Pe. de Ancha. consi. ccxxvj.
k ¶ Opp. ad hāc l. An steī dicto prīs et matris, &c. Adde gl. in l. j. §. fi mulier. & §. idē q cōtrariū. de lib. agno. Et vide q̄ not. Bart. & Bal. ī l. Gal. ī prī. de lib. & posth. vide gl. in c. p tuas. q filij sint legit. & p Bal. in l. nō nudis. C. de probatio. & in d. c. per tuas. de proba.
¶ Credebaī filio. Vide no. ī c. ex trāsmissa q filij sint legit. p Bal. ī l. nec̄ pfessio. de test. plenè Ia. But. in l. quidam. j. de probat. per Barto. & docto. in l. si posthum⁹ ā j. §. fina. de libe. & posth. Cy. in l. fi vicinis. C. de nuptijs.
☞ POMATES.
m ¶ Quia hoc. Limita vt per Innol. in c.

not modum probandi filiationem p bar. hic Bala. quam plenissima ad huius intentionem vide Bocc. dicto. 296. & cremen. sing. 176 alii inducti presertim 3. Regul. part. 37. n. 68. Card. Cotta, in memorabili. Iuxta. Abb. lectorem 6. in 2. bar. con. 120. Sa. Ci. Paquidam. fi. reprobatio. 502. cons. 39. vol. 1.

Ibi. & aliquem filium. hinc casū quem bar. hic in monacho qui non est impatris potestate et dicit Sug. Tunde alios quamplures casus, & notabiles in quibus, qui est sui & non est impotestate conjectas p Iaſ. p. qui se patris ante ñ. 40. usq; ad. 49. de vnde lib. & eosdem ponit gull. c. Ra. mutig. Abo mortuo usq; testel. ñ. 20. Iaſ. l. patre furioso ñ. 48. ſco

fisci. de pœniten. & remiss. & ibi per canonistas.

a ¶Si qua. publicata fisco. An bona obuenientia exbānito post bannum debeāt esse sua vel fisci, per Bar. in l. amissiõe. §. q de ficiũt. de cap. dimi. p Bald. in l. j. C. de hæred. instit.

b ¶Per istam l. Quia cũ exbannitus dicat sublatus de medio. a d. l. j. ergo filius eius loco succedit.

☞POMATES.

c ¶Patre furioso. Vide Per. de Anch. cõs. ccccliij. ici. tria dubia. in fi. versi. tertiò hoc proba. & Barb. cõsi. lxiiij. in. j. & ij. col. in j. volu. & Barb. in c. cõsuluit. in gl. in ÿb. tenebras. d offi. dele. Panor. c. ab excõica to. de rescri. Alex. in l. si vnus. §. pactus. in ij. col. ff. de pactis. b

d ¶Patre furioso. §. sacerdotio. Vide latè Bar. in l. pen. §. fi. j. de verb. obli. 2

e ¶Mutat statum. Sed quid si pater efficiat hæreticus? Dicas q filius liberatur à patria potestate secundum gl. not. in c. ij. de hgre. in vj. cũcto tex.

☞POMATES.

f ¶Si iudex. Vidē Ang. §. præiudiciales. j. co. 1 Instit. de act. Panor. cõsi. v. in j. vol. Imo. 2 consil. cxxx. in j. col. 3 & cõsi. cxlv. & cõsi. 4 seq. iiij. col. 5

☞P. PAV. P.

g ¶Sententia lata. An autem sententia lata in istis summarijs dicatur merè diffinitiua, vide Iaso. q non in l. imperiũ. in iij. col. ff. de iurisdi. om. iudi. licet Pau. d cas. 1 teneat contrariũ, vt ibi per eũ, q aliqua addit postea in fine illius legis. Item q sententia & probationes factæ in summario iudicio prosint & fidem faciant 2 in iudicio plenario, quando in summario fuisset plenè cognitum. vide domi. Anto. in cõsi. xxxvj. d post princ. iuncto fine. & declara vt per Alexan. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudica. & in l. fæpe. in xxviij. col. eo. tit. & Fel. in c. cum fam quæ. el j. extra de testib. ij. & ij. col. Paul. de cast. in cõsil. ccvij. in j. col. ad finẽ. vide Cur. & Moder. in l. ij. C. de eden. vbi concludit q vbi in iudicio summario fierent plene probationes, tunc præiudicatur in plenario: licet Bar. voluerit contrarium in d. l. ij. & Ange. hic. vide per eos: quia ista regula e

☞ *Existente aliquo bannito, cuius bona sunt confiscata, si aliquis ei coniunctus decedit, & sic ad bannitum defertur hæreditas: bannitus, & non fiscus, succedit.*

Bannitus nostri temporis, non æquiparatur deportato.

IQua. Hanc legem perpetuò tene menti: quæ dicit q sublato filio de medio, nepos succedit loco patris sui. Hoc dicit. & hanc legẽ multum nota. nam facit ad quæstio. arduam: † Aliquis cõmisit maleficium, ex quo est bannitus, & oĩa sua bona sunt publicata fisco. [a] Cõtingit q pater istius exbanniti moritur. Vel pone q aliqua persona proxima exbannito, cui exbãnitus posset succedere, moritur: modò fiscus vel cõmune petit hanc hæreditatẽ, quæ est delata isti exbannito tanq̃ proximiori: filius exbanniti asserit q debeat succedere, & non fiscus. Quæritur quid iuris. Et videtur q fiscus vel cõmune debeat succedere, vt l. j. C. de hære. instit. maximè cum fiscus in oĩa bona debeat succedere, & posset dici hęres vt C. ad le. Iul. de vi publ. l. j. In contrarium determinat Gul. per istam l. [b] & facit l. si nemem. §. si deportatus. j. de bo. libe. Non obstat glos. l. j. allega. quia est falsa, secundum Oldr. maximè cùm † exbannitus hodie nõ æquiparetur deportato, secundũ Iaco. de Are. Et ita per Cy. Vel ibi in successione, quæ defertur ex testamẽto. & ideo in odiũ testatoris, qui instituit personam inhabilẽ, defertur fisco & quæstio nostra loquitur in successione, quæ defertur ab intestato. & hoc secundùm Gul. & Oldra.

☞ *Arguere à sufficienti partiũ enumeratione quod possumus.*

Furiosus non potest uxorem ducere, licet iã ductã retineat.

Legitimè factum non retractatur ex facto superuenienti.

Patria potestas soluitur patre effecto monacho.

Filius effectus sacerdos liberatur à patria potestate.

PAtre furioso. [c] Furor superueniens non potest facere quò minus filij ex vltimo matrimonio nati ante vel postea dicantur esse in patris potestate. h. d. Et per hanc l. † arguitur à sufficiẽti partium enumeratione. nã si iste nõ est de modis exeundi de potestate: ergo remanet in potestate, per hoc arg. Item nota q † furiosus non potest vxorem ducere: licet iam ductam retinere non impediatur. Item † quòd legitimè factum est non retractat ex facto superueniẽti. Opp. de l. sunt personæ. j. de relig. gl. non soluit. Iaco. But. dicit q illa l. concor. Oppo. de l. non distinguemus. §. sacerdotio. [d] j. de arbi. glo. nõ sol. Iac. But. dicit q quandoq causa impediẽs respicit causam finalem: & tunc sicut impedit à principio faciendum, ita impedit iam factum: vt §. sacerdotio. Quandoq respicit causam efficientem: vt consensum, qui est causa efficiens matrimonij: & licet ab initio aliquid impediat faciendum: nõ tamen tollitur iam factum: vt hic, secundùm But. Et dic vt no. per. Dy. in c. actum legitimè. extra de regu. iur. lib. vj. Quærit hic Gul. multi sunt modi quibus soluitur patria potestas. Quid si pater † efficiatur monachus: an filij efficiantur sui iuris, & vtrum possit facere testamentum? Et videtur q non: quia non est de modis quibus soluitur pat. pot. vt hic. In contrarium videtur. nam iste mutat statum, [e] sicut deportatus, per quod

soluitur pa. pot. vt institu. quib. mo. ius pat. pot. sol. §. relegati. Item habetur pro mortuo: vt d. l. deo nobis. C. de epis. & cle. Idem tenet hic Gul. & Dy. in l. ergo j. de acquirẽ. re. do. Item quia transit in potestatem alterius, vt abbatis: ideo non potest habere aliũ in potestate: vt j. ad legem Iuliam de adulte. l. sic eueniet. Quæro, quid † econtra, filius est factus clericus, vel alias est consecutus dignitatem: an efficiatur sui iuris? In dignitate episcopali non est dubiũ: quia efficitur sui iuris: vt in corpo. consti. quę de digni. §. illud. In alia dignitate habes glos. j. de mino. l. si ex causa. §. Papinianus. Quid si filius efficiatur sacerdos, an liberetur à patria potestate? Et videtur quod sic. vt l. indecorum. extra de æta. & quali. dic vt ibi.

1 ☞ *Filiusfamilias in causa publici iudicij potest esse sine patris consensu.*

FIlius. Quantum ad ius publicum patria potestas non curatur. hoc dicit. Opp. quod imò curat: q testamenti factio est de publico iure: vt j. de testa. l. iij. & tñ non põt facere testamentum: vt l. tam his. §. j. j. de dona. cau. mor. Sol. Quod hic dicitur, non curatur. s. in publicis officijs authoritate & vtilitate. De hoc dic vt per Cy. C. qui testa. fac. pos. l. senium. Allegatur hæc lex † per doct. quod filiusfa. possit esse in causa publici iudicij sine consensu patris. licet contrarium no. & male in l. cum non solum. §. j. C. de bo. quæ lib. in fi. magnæ glo. & est contra l. inter. §. penult. & ibi per Dyn. j. ad le. Iul. de adul. quod nota.

1 ☞ *Sententia lata in causa principali quando præiudicet in incidenti.*

SIiudex. [f] Hanc l. not. & hoc dicit ī summa: Sententia lata in principali, non præiudicat in incidenti, de quo tum- g mariè est cognitũ. h. d. Oppo. dicitur hic quod sententia lata [g] in principali, incidenti non præiudicat, contra l. ij. C. de ordi. cog. Glo. soluit duobus modis: vno quod in lege contraria nõ potest esse hæres, quin sit liber: & ideo sententia lata super hæreditate, in libertate præiudicat: sed hic possunt alimenta dari, licet non sit filius. vt puta quando pater contempsit Plautianũ: quia eius nõ seruauit solennitatem. Aliter † glos. soluit in fi. & melius: & hoc ponunt doc. quòd no. Nam aut est de incidẽti summariè cognitum, aut plenè. Primo casu sententia lata in principali incidenti h non præiudicat [h]: vt hic. In secundo casu quando est plenè cognitum, tunc præiudicat incidẽti. Accedat l. ij. C. ad leg. Cornel. de fal. Oppo. ad glos. de l. quod in diem. §. j. de compen. & l. si autem. §. j. de negot. gest. Quare Gul. de Cu. dicit, & bene, quòd si quæris an sententia lata super principali noceat incidẽti, dic aut super principali quæstione est plenè cognitum, aut summariè. Primo casu aut sentẽtia non potest ferri in principali quin incidenti præiudicet: tũc præiudicat: vt l. ij. & ibi no. C. de ordine iudici. Et pro hoc infrà de excep. rei iudi. l. duobus. Aut potest super principali ferri sententia, adeo q super incidenti non præiudicet: tunc si de ea est cognitum, & fuerit per iudicem facta mẽtio super reprobatione incidentis: tũc præiudicat: incidenti. Aut tacitè fuit reiecta: & tũc nõ præiudicat vt aliàs dicitur qñ iudex reprobat compensationem vel non: vt d. l. si autem. §. j. & l. quod in diem. §. fi. præalleg. In secundo casu principali, quando super principali est summariè cognitum: vt in causa alimentorum, de qua summariè cognoscitur: tunc sententia lata in principali non præiudicat incidenti: & ita debet intelligi hæc lex, quæ est nota. & sua glos. & alibi non est plenior. De hoc etiam dic per docto. in l. j. C. de ordi. iudi.

Pater

secundùm communem sententiam debet intelligi quando iudicium est simulatum respectu probationum. vide Decius consil. xcv. quia in eo sufficiat semplena & summaria probatio. Nec⁹ vbi plenę probationes fuerint & requiruntur, licet respectu processus esset summariũ. Itẽ adde q confessio facta ī summario prætudicat plenario. vide Felin. in c. veniẽs. el ij. in vij. col. circa fi. extra de testibus. & in d. c. causam quæ. & ibi etiam dicit quòd si testis in iudicio summario verùm dicit, licet ipsum non faciat fidem in plenario: tamen si in plenario contrarium diceret, repelleretur tanquam periurus. Itẽ circa illud quod dictum est, quando in plenario iudicio plenè cognitum fuit in contrarium facit qđ dicit Bar. in extraua ganti ad reprimendum. in versic. summario prope fi. vide pro prima opinione Decium latè consil. xcvj. in l. fi. in titu. de iure persona. in fine legis in verbo, nisi sit infans. vide quæ scripsi ad Bar. in l. iubemus. hic alleg.

¶Si iudex. Nõ præiudicat. Quando sententia lata super principali præiudicet incidenti, addē Bart. in l. à diuo. §. si super. de re iudic.

a ¶Inuiti. Bastardus. Limita vt in l. iubemus. C. de eman. lib. Vide per Gul. & Bald. in l. benignius. ã. de legi.

a ↠POMATES. ¶Bastardus. vide Barb. plenè in consi. xxiij. in j. colum. in ij. volu. & in consi. lviij. eo. volu. Roma. consi. cxciij. in ij. colum.

b ¶Non vult. An pater posit legitimare filium inuitum: & idem in filio ignorante, secundùm Pet. de Ancha. & hic, vi 1 de tex. & ibi Inno. in ca. quia cũctis. de cõ cess. præben. in vj. An infans possit legitimari, vide pulchrè Rom. consi. cxciij.

↠P. PAV. P.

c ¶De adoptionibus. Not. quòd naturales & spurij nõ possunt adoptari nec arrogari per patrẽ. l. in lege. C. de natu. lib. §. & nos non latuit. in authent. quomodo natu. effi. sui. §. generaliter. collat. vij. quia nõ sunt in potestate: vt l. item. ff. e. ideo non potest cogi inuitus: arg. huius l. & glo. idem dico de naturalibus ex cõcubinis: ex causa verò hoc est verum. Itẽ si sit infans: vt lege iubemus. C. de emanc. liber.

De adoptionibus. [c] *Rubrica.*

☞ *Sponsus primò est interrogandus quam. sponsa: nec aliter factum utitur.*

Proprium illud est, quod alicui non communicatur.

LEX. I.

ETlios. [d] Per adoptionem quis transit in potestatem adoptãtis: & adoptio in genere cõtinet sub se adonem in specie: & arrogatio fit de eo q est sui iuris iuris authoritate principis: sed adoptio in specie fit de eo qui est alieni iuris authoritate magistratus. hoc dicit. No. [e] primò quomodo † ante debeat interrogari sponsus quam sponsa: & hoc debet seruari secundũ glo. Vel dic secundùm Mart. Sylli. q non est vis si aliter fiat quam hic no. nec omissio ordinis habet hoc vitiare, cùm non sit de substantia: vt j. de sol. nec enim. Sed hoc fit ad effugiendum verecundiam. quod etiam gl. hic no. quæ est bona. & not. text. † quia illud est proprium quod alicui non communicatur, secundùm Iac. de Are. quod valet ad multa.

☞ *Vna persona quando posit sustinere uicem plurium personarum.*

Si factum fuit legatum prioribus ciuitatis de centum, & Titio, qui erat ex prioribus quinquaginta.

Titius admittitur ad utrunque legatum.

Iudex nõ potest insinuare corã se donationem per se factã.

Tabellio quod non possit conficere instrumentum de facto suo proprio.

Si plures sunt electi ad eligendum rectorẽ, poterunt unum ex ipsis eligere.

LEX III.

ASi consul. [f] Vbi officia non sunt repugnantia, vnus potest vicẽ duorũ sustinere. h. d. Ad hoc allegatur ista lex. & hanc not. quia bona est. Oppo. ad hanc l. quia emancipatio in consule non est necessaria, imò consulatus eximit à patria potestate, vt C. de decu. l. fi. li. x. & in auth. consti. quæ de digni. §. j. col. vj. Sol. Olim dignitas

f ☞POMATES. ¶Si consul. Vide petrum. de Ancharano consilio ccccxxiij. & sequen. vbi multa pulchra ponit. & vide Feli. in capitulo tertio quarta & quinta columna. de probatio. post Panormi. in j. oppo. vide Alexand. in l. lecta. j. col. ff. si cer. petatur.

f ↠P. PAV. P. ¶Si consul. vide de hac materia Felin. in capitulo ex literis in ante penul. colum. extra de probationib. An autem comes palatinus possit filium suum legitimare, ponit Bald. hic in iij. quæstione vide Iaso. in lege qui iurisdictioni. in secũda colum. in verficu. iiij. fallit. ff. de iurisdictione omnium iudicum. qui videtur cõcludere contrarium, vide ibi per eum qui allegat Ioannem de dama. consilio vigesimonono tenentem cum Bald. imo addefortius in casu isto quòd si talis comes legitimauerit filium suum & faceret interponere ab alio, habente similem potestatem: non valeret legitimatio. Vide Iaso. post Alex. in l. est receptum. in iij. colũ. ff. de iurisdictione omnium iudicũ. in nepote autem ex filio secus esset, secundùm Ioan. de dama. in dict. consil. xxix. quia posset eum legitimare: imo etiam filium. secundùm Bolog. in additione illius consilij.

¶Si consul. Ad hãc legem. Materiã quã do quis se possit in duobus exercere, vide per Bal. in procę. C. §. ideoque. & per Iaco. de Bel. in ij. consti. C. per Cy. Ray. & Imo. ī l. ille à quo §. tempestiuum. j. ad Trebel. per gl. & docto. inc. iij. de proba. per Paul. de Leaza. in q. incipien. primò quæritur, vtrum electio, &c. in secundo dubio in lib. dispu. q. lxviij.

☞POMATES.

¶Opp. Vide Bald. ibi, & Moder. in l. j. col. j. de seruis fugitiuis. & doct. in l. fi. C. q testamen. face. pos.

☞POMATES.

¶Et vide Alexã. in l. lecta. ff. si cer. pe. Cano. in c. cũ olim. de re iud. & ibi per Felin. cardi. consi. liij.

¶Reliquit prioribꝰ. Si legant prioribus ciuitatis centũ & Titio, q est de prioribus decẽ an possit vtrũq; petere, in simili Bart. in l. ij. de stipu. ser.

☞POMATES.

¶Item est arg. Vide Alex. cõ. clvij. ij. vo.

1 ¶Coram se. An iudex possit insinuare donationem suam, vide quod notat Bald. in l. sancimus. C. de dona.

m ☞POMATES. ¶Emãcipare Ex hoc iferẽ q habẽs priuilegiũ legitimãdi poterit filiũ suũ legitimare, vt hic p Bal. quẽ sequit Alex. cõs. pe. in ij. vo. Feli. c. iij. in ij. & iij. col. de. p. & ī c. insup. in v. col. de test. ale. l. cũ filiũ. vl. col. & le. j. Iaſ. l. q iurisdi. ī ij. col. ver. iiij. ista regula. j. de iur. om. iud. Sed cõtrariũ visus est tenere, ī l. receptũ. e. ti. Vide Card. Alex. in c. p venerabilẽ. v. col. q filij sint legi.

n ↠P. PAV. P. ¶Quæro nunquid tabellio. vide Feli in c. j. in penul. colum. extra de fide instru. Ioan. de dama. in consi. xlix. in ij. dubio.

a ¶Tenet Gul. Itē faciunt ad ea q̄ no. dixi post Bar. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pigno. act. Et ista facūt an si vnus recedat ab vno collegio & transeat ad aliud, an possit per illos de primo collegio ibi reseruari, vt etiā in posterū dare possit vocē in collegio à quo recessit & dixi q̄ nō, vt est casus secūdū vnū intellectū in c. constitutus. extra de elec. qđ no. Et facit qđ no. hic q̄ nō pōt sustinere officium duorum. Et vide qđ no. in materia Bart. in l. si. j. de colle. illici. Itē adde casum no. si quo pōt quis sustinere officiū duorū. j. de opere. lib. l. duorū. & tex. est nota. & add tex. no. in l. qui duobus. de cōdi. & de. & no. plenè bal. i do. tore vtri usq; collegij, & vtri usq; iuris: vt i l. si ad scribatū. circa fi. C. đ appel. & i l. si binos. C. de aduoc diuer. iu dic. Item hæc regula vera q̄n officia sunt prorsus diuersa. secꝰ si circa idē tendunt, secundū Bar. no. in l. cōperimꝰ. C. de ꝓxi. fac. scri. lib. xij. Ex q̄ infertur ad q. de qua ibi per eū. Et adde q̄ ex necessitateq̄s pōt fungi duplici officio usq; ad triennium. l. fina. C. de execu. & exac. libro xij. Facit quod not. in l. iubemus. §. fanē. C. de sacrosan. eccle. de iudice & tabellione ibidem ex opposito. & cum Bartol. contra Gul. inclinat do. Io. Andr. in l. Aquilius. de do. in fi. maximè per not. per Barto. in l. Modestinus. de do nationi.

b ¶Contra opi. Dyn. Vide Bar. in l. filius. §. sequens. de falsis.

c ¶Ex se eligere. An plures electi possint eligere vnum ex se. Adde quæ scripsi in hac materia in l. j. ff. de auto. tut. & quod not. Bart. in l. ab omnibus. §. ij. de leg. j.

d ¶In adoptionibus. vna via. An tacens videatur consentire per Bal. in l. quæ dotis. fol. mat.

e ¶Si pater. §. q̄ duos. tanquam. not. hic de dictione, sicut, & tāquam. Adde l. j. C. de hæredi. instituen. & tbi Bal. in princi. & de pa. Const. in versi. sicut. & Barto. in l. j. j. de offic. eius cui man. est iurisd. Et per istū text. dat hic Bald. mirabilem cautelam in successione intestati: quam vide & nota.

¶Limita istud procedere in notario, qui est à partibus rogatus, & sic in exercente actum notaria tus. §. nos autem. in authen. de tabel. Ita Angel. consil. lxxiij. Vide Iason. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. col. ij. de verb. obliga. Anto. Rub. Alexandrinus.

vicem sustinet. Item est etiam tanq̄ priuata persona: vnde posset vicem duorum sustinere, vt hic & l. seq. In contrarium tenet Gul. Nam tabellio æquiparatur testi, vt l. Domitius. j. de testa. sed in facto proprio nullus potest esse testis, vt l. omnibus C. de testi. & l. nullus. j. de testib. Item dicitur author in re propria. quod esse non potest, vt j. de autho. tuto. l. quod dicimus. cum sit ad eius vtilitatem: maximè cū ad eum recurratur pro fide sui instrumēti, vt l. si quis decurio. C. de fal. Nā inquantū facit instrumētū pro se, ei nō statur: si aūt cōtra se, ei statur: contrata. l. non putauit. §. si qs sua. Idem tenet Dy. in l. j. §. j. ad legem Cor. de falc. hoc tenet Pet. in l. Publia. in fi. j. depos. tamen gl. in fi. facit cōtra opi. Dy.ᵇ & Gul. in glo. par ua. Nam ibi dicitur q̄ in totū debet approbari: nō tamen potest approbari inquantū facit pro se, & inquantū facit cōtra se non nisi velles opini. istorū defendere, q̄ aliud sit in tabellione officiū gerēte, quia in alijs personis: cū ei maior fides adhibeatur quā priuatis. Nā cū aduersarius nō habeat aliā probationē pro se, nisi illā aduersarij cōfessionē sicut eā pro se approbat: & ita cōtra se. Facit ad prædicta qđ not. in l. ij. & quod ibi no. per Cy. C. de do. ante nup. & per eū dem in l. j. in xij. q. C. de confes. & ibi plenè. Quæro plures ſunt facti electores ad eligendum vnū rectorē an possint vnū ex se eligere ‘ vide glo. in l. planè. j. qđ cuiusq; vni. no. Secus si vni esset cōmissa electio: quia seipsum eligere non potest, vt not. per glo. & docto. ibi.

c

☞ *Tacens quando habeatur pro consentiente.*

IN adoptionibus. In arrogationibus requiritꝰ volūtas arrogatoris, & illius q̄ debet arrogari: & in adoptione requiritꝰ voluntas adoptantis, & eius q̄ adoptat, & patris sui, & nō aliorū consanguineorū: & si in loco nepotis quis adoptat, requiritꝰ filij voluntas, qui loco patris esse debet: q̄ si non adesset, nō recideret in potestatē ipius mortuo patre suo. h. d. cū l. seq. & l. si is q. j. e. Op. dicit hic q̄ sufficit nō contradicere: & sic tacens videt cōsentire. Cōtra. l. filiusfa. §. inuitus. j. de procura. gl. nō soluit: tu solue vt ibi not. & no. per Dy. in c. q̄ tacet. extra de reg. iur. lib. vj. Vel dic secundū Vltramō. nō cōsentire est vnū extremū per se. cōtradicere est aliud extremū: taciturnitas est mediū. Modò si q̄ris ſnūquid tacens videat cōsentire: dic q̄ q̄nq̄ est vna viaᵈ à iure disposita, vt l. j. §. scientiā. j. de tributo. Q̄nq̄ nō est via à iudice disposita: tūc aut loqmur de taciturnitate furiosi, aut sanæ mentis. Primo casu, aut est tale negotiū, in quo cōsensus non requiritꝰ, aut requiritꝰ: si nō requiritꝰ, nō habet pro dissentiente, imò ipse obligat: vt l. iij. §. & si furiosi de neg. gest. Si verò requiritꝰ cōsensus, nō habet q̄ cōsentiente: vt j. locati. l. qui ad certū. Si verò in homine sanæ mētis tacente loquimur: tunc regula est qui tacet cōsentire non videt, vt d. §. inuitus. & j. de fur. l. qui vas. §. vetare. Fallit ratione coniunctionis & affectionis personæ: vt hic. De hoc no. per Cyn. C. de procura. l. inuitus. & ibi sunt opiniones.

QUi nepotem. Adoptatus in locum nepotis, tanquam ex filio natus, non fit hæres suus auo viuente. hoc dicit.

QVi liberatus. Opp. de l. j. C. de ingra. li. Solu. Verbum, honestè, hic positum tollit contrarium: quia honestè non potest, sed inhonestè potest, vt in contrario. Sed quæro an iste nepos ha b eat saltem quartam. de qua dicitur j. eod. l. si arrogator. Gul. de Cu. tenet quod sic. quem vide. Sed nunquid emācipatus ab auo mortuo propter ingratitudinem, potest reuocari per patrem suū in potestate sui patris? Dic quod non: ar. C. de reuo. do. l. fin. qui & à quibus. l. si quis in princi. §. j. videtur probari per text. d. l. j. C. de integra. lib. vbi dicit, rescissa.

IN omni. Finita adoptione finiunt omnia iura proueniētia ex ea. h. d. vsq; ad finē. Oppo. dicit hic q̄ finita adoptiōe finiunt omnia iura alia. & sic cessante causa cessat effectus. Ad hoc opp. d. l. j. §. fexum. j. de postu. gl. non soluit. Tu dic q̄ ibi loquit in causa impulsiua hic in finali: qua cessante, cessat effectus. De hoc no. Cy. in l. generaliter. C. de epi. & cle. & per Dy. in c. decet esse concessum. extra de re. iur. li. vj. & per doc. in l. si pecunia. j. de cōdic. ob cau. Sed an finiatur dignitas sicut alia iura. glo. j. eod. l. si pater filium. tenet quod sic: quod non est verum: vt ibi dicemus.

SI pater. Ad patrem arrogantem transeunt omnia iura, seu bona arrogati etiam filij sui, in cuius potestate efficiuntur. h. d. Quærit glo. filius arrogatus vult pro se aliquid sibi retinere, an possit. Et videtur quod sic: quia in traditione pactum, quod apponitur, debet obseruari: vt j. de pac. l. in traditionibus. In contrarium facit in corpore de mona. in §. iubemus. & no. in aut. ingressi. de sacro sanct. eccle. & ideo non curo hic dicere.

1 ☞ *Quod quis non potest tanquam ipse, quando possit tanquam alius.*

Qui duos. Id quod quis non potest facere tanquam e ipse, potest tanquamᵉ alius. h. d. & hoc quotidie allegatur. Opp. ad hunc. §. dicitur q̄ quis, &c. Contra l. ij. ponas. §. pe. j. de inoff. test. Gl. non soluit. Tu dic q̄ ibi erat contrarietas: & ideo quòd non potest tanquā ipse, nō potest tanquam alius: & ita loquitur contrarium. Opp. cōtra hoc de l. j. C. de dolo. & l. fi. §. quatuor. j. de leg. ij. De hoc sic dicas, ſq̄ aut est in hoc aliqua cōtrarietas, aut nō. Primo casu q̄ quis non pōt tanq̄ ipse non pōt tanquā alius: vt l. si proponas. Secundo casu, q̄ quis pōt tanquā ipse, potest tanquam alius, vt hic: & hoc est verū, nisi veniat contra fidem debitam iure contractus: vel contra fidem debitam iure coniunctionis personæ: quibus casibus q̄ quis nō potest tanq̄ ipse, nec tanq̄ alius: vt d. §. quatuor. in d. l. j. C. de dolo.

In arrogationibus. In adoptione considerātur cā infra scriptæ: & ars imitatur naturam inquantū pōt: & tutor durante tutela, & curator durante cura non potest adoptare pupillum vel adultum. h. d. vsque ad §. eorum. in l. seq. Oppo. hic dicitur quod libertinus alienus non potest adoptari, contra l. fi. C. de adopt. Solu. Arrogari potest authoritate Principis, vt in contrario: adoptari non potest, vt hic. Oppo. dicitur hic potius ad naturalitatem, quam ad arrogationem, contra l. iij. C. de natu. lib. Solu. Sicut recip. interest filios pro creari: vt l. j. j. solut. matri. ita interest eius eos conseruare: & hoc modo adoptio & arrogatio sunt permissæ.

NEc ei. Adultus vel pupillus non potest adoptari per tutorem vel curatorem. hoc dicit. Oppo. de l. nonnunquam. in fi. Solu. Ducante tutela vel cura non potest fieri, vt hic: ea finita sic: vt in contrario.

1 ☞ *Notarius recipiens stipulationem pro alio debet dicere, mihi notario stipulanti pro Titio: & nu. 3.*

2 *Notarius stipulando, alteri obligationem acquirit: & etiam ex contractu de iure gentium. nu. 4.*

5 *Notarius, qui stipulatus est alteri: si ille sibi non uult acquiri, nec ipse agere poterit.*

6 *Tabelliones creat Princeps, & etiam magistratus.*

7 *Notarius creatus ex forma statuti ciuitatis, extra territorium illius ciuitatis non conficit instrumenta.*

8 *Instrumentum factum in territorio ex forma statuti, ualet etiam extra territorium.*

Eorum

Eorum. ᵃArrogatio pupilli debet fieri cum causæ cognitione, quæ infra sequitur: & arrogans pupillū debet satisdare se restituturū bona ipsa arrogatione finita, per mortem impuberis, illis, ad quos bona peruenire debent: vt puta substitutis vel alijs hæredibus: quæ satisdatio, si non fuerit apposita, datur eisdem vtilis actio contra ipsum arrogantem. h. d. vsq; ad l. si arrogator. Et quod hic dicit, interdum denotat causalitatem, & verum est: vt l. interdum. de condi. inde. sic in dictione quædam, vt l. cum quædam. j. de iurisd. om. iudi. In text. ibi seruo pu
1 blico, ideſt tabellioni. & not. †hunc text. qualiter tabellio debeat pro alio. Et est text. quod debeat dicere, mihi recipienti pro alio concipere verba instrumenti, quando recipit stipulationem Et ad hoc eum alleg. Gul. de Cu. Prædicta not. pro Mar. Sil. in l. si arrogator quæ est difficillima & subtilis. Quærit gl. quid si in omnibus huiusmodi casibus non est quæsitum, an velebit. Et dicit q̄ non, per l. cum hi. §. si prætor. j. de transact. Contra hoc facit l. j. in fi. de ven. inspicie. Dico q̄ ibi loquitur de modica solennitate quæ non est de substantia negotij & potest omitti: hic autē de substantiali solēnitate. Sed quid si vnus iudex quæsiuit, tamē non bene pronunciauit, an hoc dictum valeat? De hoc est glos. no. in l. cum hi. §. si prætor. j. de transa. Quæro quid sit seruus publicus. Dic q̄ est tabellio: vt est tex. & gl. Inst. eo. §. cū autē. Quę
2 ro nunquid †tabellio, possit alteri acquirere obligationē. ᵇEt vi
b detur q̄ non: quia alteri per alterum, &c. vt Insti. de inuti. stip. §. alteri. Gl. tenet hic & in §. si quis alij. Insti. de inuti. stipu. & in authent. matri & auiæ. & ibi per doct. C. quando mu. tut. offic. fun. po. & per l. iij. j. rem pu. sal. for. & l. j. §. exigere. j. de ma. conue. & hac l. Alij vt Guid. de Suza. reprobant gl. prælle. legum, dicentes in prætorijs stipulationibus illas leges loqui, qua si in alijs nō fit iure cautum. Tu dic secundùm Gul. q̄ potest quærere vbicūque. Non obstat q̄ Guid. de Suza. dicit hic: nam si hoc esset qđ non posset habere locum nisi in præto. stip nulla esset specialitas in tabellione: quia quilibet in eis hoc pōt: vt l. omnibus. j. deprę. stip. tamen in eo est specialitas: vt nota. in c. si quis alij. Quæro,
3 †qualiter tabellio concipiat verba? Dicunt quidam q̄ debet cō cipere in persona eius cui vult acquirere: vt l. eum qui. §. ij. de cō stit. pec. sic in l. stipulatio ista. §. j. de ver. obli. & j. de admini. tut. l. quoties. in prin. Tu dic q̄ debet concipere in persona tua nomine eius cui vult acquirere. Sic est tex. hic secundùm Gul. de Cu.
4 Quæro nunquid †tabellio possit acquirere obligationē ex contractu iurisgentium. Et videtur quod nō: quia eius officium est de iure ciuili. sicut & magistratus: vt l. ij. §. post originē. ff. de orig. iur. & non extenditur ad ea quæ sunt iuris gentium. Item tabel
c lio potest quærere obligationem, ᵃnon alium obligare. & si esset cōtractus iurisgentiū, claudicaret. In contrariū videtur per hāc legē, vt patet in d. §. si quis alteri. & dixi tibi in j. q. Nec obstat q̄ dicitur q̄ eius potestas est de iure ciuili: nā & tutor est de iure ciuili: vt Inst. de tute. in prin. & tñ quærit pupillo ex quocunq; cōtractu: ideo videtur hic q̄ si tabellio emit noīe: meo & volo mihi ex isto cōtractu acquiri obligationē, agēdo ex eo sum obligatus ad pretiū: arg. l. Iul. §. offerri. j. de acti. empt. alias sequeret absurdi
5 tas. Vnde eo ipso q̄ approbas, te obligas. Sed nunquid † si tabel
d lio fuit stipulatus[d] nomine alterius: & ille nō vult sibi acquiri an tabellio poterit exigere pro se. Et videtur[d] q̄ sic: vt l. si absentis. C. si cer. pet. Vos dicatis contrarium: quia cùm ipse sit nundus mister, nihil debet penes eum remanere: ar. j. de leg. ij. l. si quis Titio. Item quia non habebat voluntatem sibi acquirendi, nec contra
e hens cum eo. Quæro, ᵉ†quis possit istos tabelliones creare ᶠ. Et
6 videtur q̄ solus Princeps: vt l. actuarios. C. de nume. & actua. li.
f xij. In contrarium facit q̄ imò etiam magistratus: vt in corpore, de defen. ciui. §. ex prouinciali. & est eius creatio, cuius est remotio: sed magistratus potest remouere propter eorum delictum: vt in auth. de armis. in fi. & in auth. de tabel. §. pe. ergo & creare. & habes C. de magi. con. l. fin. & est expressum C. de suscep. & arca. l. duos. li. xj. & hoc tenet Gul. Non ob. l. actuarios. quia ibi est speciale in his qui exigebant publicam pecuniā: & ciuitas hoc non
g potest[g] allegare. Sed tunc quæro: †tabellio fuit creatus in aliqua
7 ciuitate ex forma alicuius statuti: an extra territorium illius ciui tatis possit conficere instrumentum. Videtur quod sic: quia est actus voluntarius: vt l. emancipari. j. eo. & l. fi. j. de iurisd. om. iudi. In contrarium videtur l. cum vnus. §. fi. de bo. auc. iudi. poss. & l. hac parte. C. de proxi. sac. scri. lib. x, & hoc tenet dominus meus
h in l. cunctos populos[h]. C. de sum. tri. Quæ
8 ro, nunquid †instrumentum factum in territorio ex forma statuti valeat extra territorium. Et videtur quod sic, sicut emancipatio: vt l. j. C. de emancip. lib. quod solet tibi notari.

SI arrogator. Hęc lex est bona, & difficillima, & subtilis: & ad euidentiam scias & teneas quod habui a sti in l. nec ei. & l. seq. §. e. Item scias q̄ si pupillus, cui est facta substitutio pupillaris, arrogatur, substitutio euanescit: vt instit. quibus mod. testa infir. §. nō tamen. Item scias q̄ satisdatio, de qua fit mentio in l. non alter. §. eo. fuit inuenta: quia per arrogationē pupillaris substitutio euanescit: vt §. dixi: et habetur in l. nec ei. §. eod. & arrogatus incidens in potestatem adoptiui non habet hęredem ab intestato: licet hodie sic, in authē. c de hæredi. ab intestato. §. j. & ideo fuit eis consultum per dictam satisdationem: & nō extenditur ad quartam debitam ex constitutione diui Pij: vt Institut. eodem. §. cùm d autem. & §. primo. Item dicas quòd satisdatio habet locum, cùm impubes decedit in pupillari ætate: vt lege hæc autem. suprà eodem. Et pro euidentia legis vide legem qui ex liberis. §. testamento. de bonorum possessio. secundùm tabul. Et lex nostra diuidi tur in quatuor partes. In prima ponit vnam quæstionem, & eam determinat. In secunda ponit aliam quæstionem, & eius respon e sionem. In tertia ponit quandam limitatio- f nem, & annectitur ratio. In quarta & vltima extendit dicta in filio ad nepotem. Secunda ibi: sed an impuberi. Tertia ibi: cæterorum. Quarta ibi: hæc autem omnia. vsq; ad fin. Et in summa hoc intendit: Mortuo arrogatore, & deinde impubere arrogato, bona quæ perueniunt ad arrogatorem ab arrogato sunt restituenda: & in super quarta pars est relinquenda, in qua pater & arrogator potest facere substitutionem directam, vtique ad tempus pubertatis, & non vltra, & per fideicommissum. Et glossa hic g tenet quòd per tabellionem acquiritur directa, quod est contra text. l. prima §. exigere. infrà. de mag. conue. Et nota text. quod non potest vltra tempus pubertatis substitui: quia hoc non habet ex legis prouidentia: & quòd verbum substituere trahatur ad directam: & ista potest dici quarta legitima: & ideo fideicommissariam substitutionem non facit. Oppo. ad hanc legem dicitur hic quod arrogator potest in sola quarta substituere: imò videtur quòd trahatur ad bona pupilli: vt lege sed si plures. h §. ad substitutos infrà de vulga. & pupilla. Solu. Substit. facta filio arrogato non trahitur nisi ad solam quartam, vt hic: facta verò filio naturali & legitimo ad omnia porrigitur, vt in contrario. Et ratio colligitur in l. nec ei. §. j. suprà eodem quòd non debet alij nocere. Oppo. dicitur hic quòd vsque ad tempus pubertatis potest substituere. Contra: nam quem non honoro, non onero. vt l. ab eo. & l. fi. C. de fideicōmis. sed arrogator non honorat arrogatum in aliquo cùm istam quartam habeat à lege, vt hic, non ab alio: & sic videtur quòd in eo non possit substituere. Solut. Pupillaris substitutio, de qua hic dicitur, non est onus, imò prouisio: cùm pupillus non possit testari. Oppo. ad prædicta, & videtur quòd non solùm directò, sed etiam per fideicommissum possit substituere: vt nota. C. de inoffic. testamen.

↠P. P A V. P.

a ¶Eorum. facit decisio Bald. in Rubr. C. de fide instr. in vlti. colū. in l. nec exēplo. C. de probat. quòd stante statuto vel cō credatur schedulæ priuatæ, facit fidem etiā extra ciuitatem.

2 Non bāl. Repetitio bon 3 lex. 1. centurio col 2 de vulg. & pup. & fi. fine

¶Obligationem. Et adde quod Bal. in l. j. §. de his q̄ sunt sui vel alie. iur. dixit qđ quādo notarius stipulatur. mihi, nō q̄ri tur mihi per ipsum, sed per legem. Et adde etiam Bar. in l. j. §. j. §. de instit. & iure. Adde Bald. consilio lxiij. iiij. li.

¶Obligationē. Adde hic quæ no. Bart. in l. cōstitutionibus. j. ad munici.

¶Fuit stipulatus. Vide Bart. in l. possessorem. alias, posside ri. §. j. de acquir. pos. & in terminis Bald. in l. certi condictio. §. si nummos. j. si certum pet.

↠ POMATES.

¶Quæro. Vide Alexan. consil. lxxv.

¶Tabelliones creare. Quis possit creare tabelliones, per Innocen. in c. cum. Pet. tabel. de fide instru. Spe. in ti. de instrum. edi. §. restat. versi. sed quis possit & ibi Io. And. & qđ no. Bald. in rubr. de fide instr. in ij. colū. adde Oldr. consil. lxxv. Pro intellectu l. actuarios. C. de nume. et actua. libr. xij.

g ☞ ¶Vetusti codices habēt: & ciuitas hoc potest, & ea: sed magistratus potest remouere, ppter eorum delictum, quæ hic appositi. text. quoque in l. iubemus. corruptæ allegatur: credo Bart. voluisse adducere l. iubemus. C. de defen. ciui. quę clarè in proposito loquitur. Alexan. Lofæus Aurilianus.

¶Cunctos populos. Et est tex. secundùm Bar. ibi j. de offi. proconſ. l. ij. in fin.

¶ Pro intellectu l. qui ex liberis. §. teſtamẽto.ff.de ſecun.tabu.

¶ Pro intellectu §. cum autem. Inſti. de adoptionibus.

a ¶ Si arrogator. Et vaꝛ let ad q̃o. Vide Bal. hic in ñ.q. cũ ſeq. & contra hanc determinationẽ facit quod no. Bar.ſ. eo.l. nõ aliter. lecta cũ §. nec eñ & in l.j.de offi.procon. vbi inſtrumẽtũ factum in territorio vnius caſtri, ſecundũ formam ſtatuti illi⁹ loci valet in alio territorio. Et ita quotidie ſeruari videmus: & hocidem Bar. videtur velle in l. qui à latronibus.j.de teſta.

l.ex tribus & l.j.de vulg.& pup.ſubſti. Sol. vt ibi:& tenet ibi gl. q̃ poſſit: & de hoc varíant glo. Nam gl.in l.quoniã in prioribus. C.de inof.teſta. tenet contrariũ q̃ non poſſit.& melius. Et vide etiã quod no. per Cy. in d.l.ex tribus.& de vulg.& pupil.ſubſtit. l.j. Venio ad gl.& eſt ſciendũ q̃ in iſta prima glo. conſiſtit totus intellectus huius legis: & ponit tres aut quatuor quæſtiones: & prima q.eſt iſta, quam ponit tex. in prín. Quæro, arrogator non facta aliqua ſubſtitutione filio arrogato deceſsit: & demum deceſsit filius arrogatus: dicit text. q̃ bona arrogati debeant reſtitui: ſed non dicit cui, & qua actione. Vnde cui reſtituant̃, & qua actione, eſt dubium. Et glo. in prín. dicit q̃ ſi filio arrogato fuit facta ſubſtitutío à patre naturali, illi ſubſtituto debent bona reſtitui: aliâs veníctibus ab inteſtato: Tamen iſta gloſſa. videtur dicere contra §. non tamen. Inſtitu. quib. mo. teſta. infir. & contra l. nec ei. §. j. ſuprà eodem. quia per arrogatiõnẽ ſubſtitutío euanuit: vt dictis iuribus. Quomodo ergo ſubſtitutus admittetur ad petitionem iſtorũ bonorũ? Certè non videt̃ gl. bene poſſe defendi: nam licet per arrogationẽ pupillaris ſubſtitutio euanuerit: tamen qa tempore mortis pupilli pupillus eſt ſui iuris inuẽtus. teſtamentũ pupilli eſt validũ: vt d.§. non tamẽ. & hoc modo gl. procedit. Hanc reſponſionẽ infringit Mar. Sil. per l.ex liberis. §. teſtamento. j.de ſecun. tab. qa per arrogationẽ ruptũ teſtamentũ nunq̃ conualidatur, niſi arrogatione finita de claret te velle iſtud teſtamentũ valere, vt ibi. Vnde huius timore dicit ipſe q̃ ſubſtituti nõ admittunt̃ vt ſubſtituti: ſed agũt ex ſtipulatione vel vtili actione. Tu díc ſecundũ Iac.but. q̃ ſubſtí-

¶ tutus admittitur ad bonorũ peti. vt glo. dicit. Nec obſtat §. teſtamento. nã ille §. loquitur in perſona q̃ poſsit confirmare & declarare teſtamentũ. q̃ non contingit in hoc caſu: qa pupilli non poſſunt velle vel nolle: vt j.de reg.iur. l. pupillus. maxímè qa teſtamentũ non fuit factum ab eo, ſed à patre ſuo. Et ita põt ſuſtineri gl. ſecundũ Lap. & hoc eſt verũ ſecundũ Pet. niſi pupillus factus ſit adultus: quía tunc requiritur declaratio vel confirmatio teſtamenti: tñ hoc eſt impoſsibile, q̃ requirat̃ declaratio, vel cõfirmatio teſtamenti facti ab alío. Vnde §. teſtamento. loquitur quando ab eodẽ arrogato fuit factũ teſtamentũ: quare indiſtinctè tenuí glo. Quæro vlterius qua actione reſtituant̃ bona arrogati. Quidam dicũt q̃ agent iſti ſubſtituti bono. hæreditatis petitione prætoria: quaſi cõfirmatũ ſit teſtamẽtũ de iure prætorío, & víres aſſumpſerit: vt d.§. non tñ. & l.j.j. de bo. poſ. hæredi. pet. & per totũ. & tenet hoc Iac. But. licet Mar. Silli. contra. Quæro, quid ſi deceſſerit primò pupillus arrogatus quã arrogator. Veníũt bona reſtituẽda: q̃ro cui, & qua actione: & ſic econtra. Ad primum dícit gloſ. quòd admittentur ſubſtituti dati à patre naturali, ſi ſunt aliâs venientes ab inteſtato: & agunt ex ſtipulatione expreſſa, vel tacitè intellecta: & ſic ac ſi fuerit expreſſa: vt l. hís verbis. ſ. eod. Dícit glo. quòd ſubſtituti à patre naturali admittantur: eſt contra d.§. nõ tamen. quía ſubſtitutío pupillaris euanuit: nec põt dici cõfirmata, vt in præcedenti q̃one: quía hic pupillus arrogatus deceſsit exiſtẽs in poteſtate arrogatoris. Ad hoc põt rñderi ſaluãdo gl. q̃ ibi ſubſtituti nõ admittant̃ ex ſubſtitutione facta à patre naturali: ſed agẽt ad iſta bona ex ſtipulatione: vt l. nõ aliter. & l. hís verbís. ſ. eo. Ad hoc oppo. & vr̃ q̃ cũ pater arrogator teneat̃ ad reſtituenda bona ex obligatione legati: vt Inſti. eo. §. cũ aũt. nõ videt̃ fuiſſe neceſſaría ſtipulatío tacita vel expreſſa: cuius cõtrariũ glo. dícit. Nam illa legalís obligatio qua arrogator tenet̃ ad reſtituẽda bona, fuit quæſita pupillo: & per cõſequens hæredibus pupilli: & ſic gl. malè loquit̃: maxímè cũ ad iſtã vtilẽ actionẽ, quæ datur in ſubſidiũ, nõ debeat puníri: vt l. nõ aliter. ſ. eo. cũ hæredes pupilli habeant actionẽ cõtra arrogatorẽ ex legis díſpoſitione: vt d.§. cũ autem. Quid dícemus? Teneo gl. ſecundũ Ia. Bu. Et ad cõtrariũ reſponde: nã ex ſtípu-

¶ latione tacita vel expreſſa agunt. Nec obſtat quod de obligatío a ne legali dicit §. cũ autem. quía illud obtinet quando arrogator decedit víuo pupíllo, quod tamen non eſt in noſtra q. imò econtra. Et poteſt dici q̃ ſubſtitutis datis à patre naturali vel venientibus ab inteſtato poſsit alio modo quã per iſtã ſtipulationem ſuccurri: nam ſubſtitutus vígore ſuſtitutionís non poteſt agere: quía fuit extincta: vt d.§. non tamẽ. & l. nec ei. §. j. ſ. eo. Item nec abinteſtato venientes poſſet agere: quía cum deceſsit pupillus víuo arrogatore. nõ habebat ſecundũ hęc iura hęredes: hodie ſecundũ iura noua ſic: vt in auꝛ. de hęr. ab inteſt. §. j. Vnde cũ ſubſtituti vel abinteſtato venientes ſint omni iure excluſi in noſtra q. meritò fuit per ſatiſdationẽ ſubuentum: vt l. non aliter. ſ. eo. & poſſunt agere ex ſtipulatione tacita vel expreſſa. Et hæc verba refert gl. Inſt. eo. §. cum autẽ. Vnde cõcludemus quod ſubſtituti agent ex ſtipulatione tacita vel expreſſa, vígore ſubſtitutionís, etiam ſi non eſſent ſubſtituti venientes ab inteſtato. Quęrit glo. magna ibi: ſed pone, & c. pater arrogator deceſsit: & filío arrogato quartam reliquit, & ei dedit ſubſtitutum in ea: pater naturalis primò deceſſerat, & dederat filio ſubſtitutũ in omnibus bonís: deceſsit poſtea pupillus arrogatus: bona, quæ ad arrogatorẽ deuenerunt, ſine dubío debent reſtitui. Sed quæritur cui, an ſubſtituto dato à patre naturalí, an ſubſtituto dato ab arrogatore: vel ſi non ſunt ſubſtituti, reſtituant veniẽtibus ab inteſtato. Dubium huius quæſtionis eſt, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: contra l. ius noſtrum. j. de regul. iur. Gloſſ. ad hanc quæſti. dícit quod non audet reſpondere hic: finaliter glo. reſidet in hoc: quía ſubſtitutus in quarta à patre arrogatore capiet omnia bona, & reſtituet ſubſtituto dato à patre naturali bona quę fuerunt arrogati. Pro hac gl. & eíus reſponſione facit q̃ quando quis primò fecit vnum teſtamentũ, & poſtea fecit ſecundum, & vult q̃ primum valeat: licet per ſecundùm ipſo iure tollatur primum: tamen in effectu remanet teſtamentum: quía inſtitutus in ſecundo, reſtituit bona inſtituto in primo: argu. l. ſi quis priore. j. ad Trebe. & Inſti. quib. mo. teſt. infir. §. ſed & poſteriore. & l. poſthumí. §. fi. de iniuſt. teſta. vbi caſus. Sed iſta reſponſio gl. impugnatur per doct. Nam aut dicis q̃ ſubſtitutus à patre naturali aget ex teſtamento patris naturalis vt ſibi reſtituantur bona iure fideicommiſsi: & hoc eſt falſum: quía naturalis nullam facit fideicommiſſariam. Aut dicis q̃ aget ex teſtamento arrogatoris: & hoc eſt falſum: quía arrogator ſubſtituendo in quartam, non rogauit aliquem de bonís reſtituendis. Aut dicit quòd ſubſtitutus à patre naturali agat contra ſubſtitutum ab arrogatore ex ſtipulatione expreſſa vel tacita: & hoc eſt falſum: quía nõ poteſt agi contra ſubſtitutum ab arrogatore: ſed cõtra ipſius arrogatoris hæredes: quía iſta obligatione, qua tenebat̃ arrogator, hęredes tenent̃ pro hæreditarijs portionibus: vt l. ij. C. de hære. actí. & l. j. C. ſi cer. pet. Gl. huius timore in vltima opi. dícit. Vel dic q̃ hæredes arrogatoris tenentur: tamen iſta reſponſio laborat eodẽ morbo qua prima; quía nullus fuit in reſtituendo rogatus: & ſic non habet locũ iſta reſtitutio vel ius fideicõmiſsi. Vnde Iac. de Areti. dícit quod ſubſtituti dati à patre naturalí capiant omnia bona, & reſtituant quartam ſubſtituto ab arrogatore iure fideicommiſsi: & ſic pupillus arrogatus non dicetur deceſsiſſe duobus cõditis teſtamentis. Pro hoc facit quod ſubſtituti à patre naturali videntur hæredes in vniuerſo: ſed ſubſtituti ab arrogatore in quarta, & ſic in re certa non: vnde loco legatarij vel fideicommiſſarij debent haberi: vt C. de hære. inſtit. l. quoties. & l.j. §. ſi ex fundo. j. de hære. inſtit. Præterea cum ſubſtitutio facta ab iſto arrogatore non valuerit directò, ne quis decedat duobus conditis teſtamentis: nimirum ſi trahitur ad fideicommiſſariam: ar l. ex facto. j. ad Trebel. & l. cum quis decedens. §. Seiam. j. de lega. iíj. & hæc fuit opi. Iac. de Are. cuius opi. tenet hic Ia. But. Pe. aliter dícit, ſ. quod ſubſtitutus ab arrogatore admittit̃ ad quartã: ſed ſubſtitutus à patre naturali admittet̃ ad omnia bona. Et iſtã opi. ponit gl. hic in fi. Ad cõtrariũ reſpondet. No obſtat q̃ nõ põt decedere duobus conditis teſtamentis. nam eo ipſo q̃ ponitur inconuenięs, ſtatim ſequitur aliud: vt l. ratas. de reſcin. ven. Sed inconueniens eſt quod quis habeat duos patres, vt l. vulgo. ſ. de ſtatho. & tamen hoc eſt ita, & ſic ſequitur aliud incoueniens quod poſsit decedere duobus conditis teſtamentis. Et eodem modo reſpondet ad aliud, quod à venientibus ab inteſtato accípiant, & eiſdem bona reſtituantur. Et hæc opini. ſatis placet, & valet

a ad quæſti. In ciuitate Peruſij eſt ſtatutum quod in teſtamento interueniant ſeptem teſtes. In ciuita Florentiæ eſt aliud ſtatutum quod interueniant decem teſtes: modò Peruſij eſt conditũ teſtamentum, hæres petit bona ſita in ciuitate Peruſij, & in ciuitate Florentiæ. Modò opponitur Florentiæ q̃ teſtamentum nõ habet decem teſtes: an habebit bona quæ ſunt in ciuitate Florentiæ & Peruſij? Dico q̃ hæredes habebunt bona quę ſunt in ciuitate Peruſij ſolũ, & venientes ab inteſtato habebũt ea quæ ſunt in ciuitate Florentiæ. Et de hoc melius per Cyn. in l.j. C. de ſum. trí. & fi. cath. Quærit, quæ quarta ſit hæc, de qua hic loquit̃, omnium bonorũ, vel quæ habiturus erat ab inteſt. Et videtur quod omniũ bonorum, cũ l. indiſtincte loquat̃: vt l. fin. ſi quid in frau. pa. & Inſt. e. §. cũ autem. In contrariũ eſt veritas ſecundùm gl. q̃ ſit ſolũmodo quarta eorũ quę erat habiturus ab inte. ſicut in naturalibus eſt: vt j. de inof. te. l. Pap. §. quoniã autem quarta. maxímè cũ iſti filij æquiparentur: vt Inſt. de acquí. p arro. §. j. Et ita tenet gl. in d. §. cum autem. & hæc tenet Gul. de Cu. & Iac. Bu. Nõ obſtant iura hic alleg. quía debet diſtinguí per illa iura. Quæro:

a qua actione petatur iſta quarta? Dícit gl. q̃ agetur condictione ex lege diui Pij: vt hic in gl. parua. quod not. Quæro, arrogator reliquit quartam in teſtamẽto, qua actione petitur? Et videt̃ qđ actione ex teſtamento nõ poſsit peti: cùm illa quarta ſit debita: & debitor legando debitũ legatum non affert aliquod commodum: vt j. de lega. iíj. l. ſi deportati ſeruo. §. fi. & Inſtit. de lega. §. ſi debitorí. ltẽ q̃ ex conſtitutione diui Pij nõ agatur, facit quía cõdictío ex conſtitutione diui Pij competit quãdo quarta non eſſet relicta: vt hic: & in q. noſtra eſt relicta. Vide de hoc gl. in l.j. §. ſi impuberi. de col. bo. Quęro, nunquid ſit augmẽtata hęc quarta per auꝛ. de triẽ. & ſemiſ. col. iíj. ſicut in liberis naturalibus. Breuiter videt̃ q̃ ſic: ſed cõtrarium tenet gl. in auꝛ. de trien. & ſemiſ. §. j. & hoc tenet Ia. But. quícquid Pe. dícat. Nam ſi non corrigit̃, quare ſtare prohibetur? Circa hoc vide per Cyn. C. de adopt. l. j. vel ij. Inducit̃ hæc lex in ar. ad qõnem: Actori fuit data dilatio, in qua nihil probauit: poſtea fuit datus terminus reo: actor vult ꝓbare: reus ad hoc vt actor non probet, renũciauit dilationi ſibi datæ: an poſsit? Et allegatur hæc lex q̃ non: quía illud beneficiũ q̃ conceditur aduerſario, quod poſsit probare intra terminũ datum eſt ex ꝓuidentia legis: ideo nõ poteſt pars renunciare altera parte inuita. Ad hoc l. ſi poſt mortem. §. fi. de bon. poſ. contratab. & ibi not. per Dy. Inducitur etiam in argu. ad q. condemnati habenti quadrímeſtre tẽpus à lege: vt l. fin. C. de vſur. rei iud. modo iudex facta condemnatione aſsignauit condemnato terminum quatuor mẽſium: an iſte terminus dicatur iudicialis vel legalis? Et effectus eſt: quía ſi dicitur eſſe legalis, & intra terminum non eſſet facta ſolutio, poſſet vſque ad lít. conteſta. mora purgari: vt

b l. ſi cum dies. §. fina. & l. cellus. j. de arbitr. Secus ſi eſt iudicialis. Sed ad quæſti. dico quod eſt legalis, per hanc. l. Pro hoc optimè l. iíj. §. ſi quís condemnatus j. de re iud. vbi gloſ. tangit. Sed quid in arbitro ſtatuente tempus legale? Dícitur per Dyn. in l. tertia. j. de lega. primo. & ibi vide in penulti. q. & vide etiam vltimam q. quæ facit ad hanc legem.

1 ¶ Actio directa non acquiritur per tabellionem.
2 Quarta, de qua hic, etiam non acquiſita, tranſmittitur ad hæredes arrogati.
Tertiò nota quod eiſdem rationibus geſta valent quæcunque in prætura geſſit: etiam ex officio, etiam legem, i. edictum condendo. Quartò nota quod eiſdem rationibus in libertatẽ erigitur. Quintò nota quòd hoc, quod facit princeps, multò fortius iura tuentur, quàm id quod facit populus. Nota ad primũ notabile, ille qui petit officium, incidit in legem Iuliam ambitus vt l. j. ad legem Iul. de ambit. Ergo non debet creari, ſed repelli tanquam criminoſus & ſuſpectus, vt l. quæ omnia. ſ. j. ff. de procur. Sol. Illud verum eſt ante factum, ſed poſt factum tenet. In creatione ergo futura procedit oppoſitum, ſed hic loquitur facta creatione & approbatione. Nã ſuperioris approbatio omnẽ malitiam excludit, & omnem maculam deleuit. Non obſtat. l. quæ omnia. quia ibi ingerebat ſe contra voluntatem domini: hoc ſecundùm domini voluntatem. Facit j. de teſt. tut. l. ex ſentẽtia. Et eſt ſimile, quia facilius diſpenſatur in tolerando quàm in promouendo Archidi. l. diſtin. c. non confidat. Secunda ſol. eſt, quod priuatim & clàm nõ licet petere honorem, ſed palam ſic: quia ex clandeſtina petitione præſumitur fraus & vitium animi: vt j. de admini. tuto. l. non exiſtimo. & facit quod no. in l. j. C. de cõtra. iud. Tertia ſolutio eſt ꝙ hic loquitur in ciuitate Roma. vbi ceſſat lex Iulia ambitus, ſecundùm glo. Sic ergo quãdoq; petitur honor licitè, qa publicæ: qñq; licitè, quia in vrbe Romana, ſecundùm Iaco. Sed contra hoc opp. de l. ſi quamquam. C. de epiſ. & cle. Sol. Ibi eſt in epiſcopatu: hic in prętura, ſecũdũ gl. Tu

a ¶Barbarius. adde poſt dominũ Iaſonẽ an hęc lex habeat locum in delegato, vide Feli. in c. cùm dilecta. extra de reſcri. in ij. col. & inquantum do. Iaſon hic in ij. col. tenet eum Bar. in l. more. in illa q. an ſtante ſtatuto ꝙ mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, ꝙ nec poterit hæreditatem adire: limitat, niſi hæreditas eſſet lucroſa. adde quod fuit de mente Ange. eius conſi.

1 melius dic, † quia idem vtrobiq;. Nam petenti poteſt papa epiſcopatum cõferre, maximè ſi petat non per viam gratiæ, ſed per viam iuris ſcripti: vt quia petat electionem ſuam confirmari, dum tamen à ſimonia cõmittenda abſtineat. Tamen ſecundũ quoſdam ſimonia nõ habet locum in curia Romana. Iſtud eſt verum: quia papa non committit ſimoniam: quia papatus eſt apoſtolatus: aut ſanctum facit: aut ſanctum recipit: ſed promouendi cõmittunt infinitas ſimonias in curia Roma. inſcio apoſtolico: qua propter illicitè & impunè ſua beneficia retinent: & ſicut beneficia emunt, ſic & beneficia aliis vendunt, & deteriora faciunt eorum damnationem ſcientes, tẽporalia præferentes animæ, quæ diabolo quotidie deterioribus confirmatur actibus, ſecundùm

b naturã peccati. Nam, vt dicit Gregorius, b peccatum quod per pœnitentiam nõ deletur, ſuo põdere ad aliud trahit. Quarta ſol. ad contrarium eſt: quia hic nõ petit verbis, ſed rebus ipſis & factis, taliter ſe habẽdo ꝙ prætura petijt eum magis, quàm ipſe prętu ram, ſecundùm Iaco. Nam oportet volentẽ & nolentem principari qui dignus eſt principatu. Dicit Ariſto. Vir dignus bene agit. Vnde actus, qui ſecundũ virtutẽ fiunt, neceſſariò laudem pariunt: nõ enim ſunt inanes & ſteriles. Laus enim parit honorẽ: honor bonam fortunam. Ars ſcilicet bona dilexit fortunam, & fortuna bona dilexit artem, id eſt induſtriã, & bonos mores. & rarò ſeorſum conſiſtunt. Laus eſt ſermo illudcidans magnitudinem vi tutis, ſecundùm Ariſto. in theorica: & virtus alta petit, quia diuinum quid eſt, & ſemper ſurſum eius fama per aſtra volat: ſicut ait Virgilius pœta egregius. Tu † autem ex omnibus cõclude. Vtrum quis poſſit publicum officium vel dignitatem petere, ſic diſtingue. Aut petit per modum iuſtitiæ aut per modum virtutis, aut per modum ambitionis, aut dubitatur qua mente petat. Primò caſu licet petere. Vnde licet electo & poſtulato petere cõfirmationem: vt extra de electio. c. cupientes. lib. vj. Nam ipſe prouocari, non prouocare videtur. Secundò caſu concedi, nõ im petrari conſueuit: vt ſ. de orig. iuris. l. ij. in fine. Tertiò caſu nec impetrari nec concedi conſueuit, imò tanquam temerarius repellitur qui de ſe præſumit: vt l. j. ad l. Iuliã ambitus. Quartò caſu aut loquimur in dignitatibus ſpiritualibus: & nõ licet petere. Tamen ſi abſq; prauitate cõcedatur, valet conceſsio: quia ſuperioris decretum induxit præſumptionem iuſtę petitionis arg. hic ſecundùm primam lectu. nec tamen poteſt appellari ſi denegatur, & bene meritò: quia de gratia petitur: ar. j. de aqua quo. & æſti. l. j. ſ. permittitur. quia ſuperior ſuum, nõ tuũ denegat tibi beneficium. Aut in officijs tẽporalibus: & in dubio præſumitur contra eum qui inuerecundè petit: tamen ſi concedatur, licet retinere, vt hic. Palam autem & bona fide peti licet, vt hic ſecundùm Io-

2 an. An. No. infrà quod cuiuſq; vniuer. no. vlti licet ipſe nõ allegeret eum, vbi dicitur, finge eũ nullos eſſe legatarios, nec creditores, quibus obligari poſſit. Et ibi refert ita obtinuiſſe. Et pro hoc facit quod cõſuluit Ro. conſ. cccclij. ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ minor non poſſit cõtra here niſi certa ſolennitate ſeruata, quòd ſi cõtrahit in eius vtilitate, valet non obſtante ſtatuto. Et idẽ voluit conſi. ccxxvj, inquantum etiam in v. col. diſtinguit ſter principẽ & inferiorẽ conferentes dignitatem inhabili. vide de veritate in q. Oldra. cccxxv. vſq; ad cccxxxij. nã Pe. de Anchara. conſi. ccccv. In quantũ etiam in ix. col. ponit an prĩceps poſſit ſine cauſa auferre rem alterius, ad de Ro. conſi. cccx. Et dum in xj. col. tangit de poteſtate pape in beneficialibus, adde Car. conſi. j. de tranſla. præla. Abba. cõſi. inci. archiepiſcopus Spirenſis. Et inquantum etiam in xij. col. examinat an ex eoq; quis plura inſtrumẽta confecit, præſumatur notarius, adde Pe. de Anc. conſi. ccxiij. Bal. cõſi. cccxix. qui aliter loquitur. j. lib. & conſi. ccxxx. Et inquantum facit pro magno fundamẽto, ꝙ creare notarios ſit de reſeruatis principi, dic ꝙ Old. conſi. lxxv. dicit ꝙ quilibet ordinarius poteſt tabellionẽ creare: qa non eſt dignitas, ſed vile officium: nec eſt præſumendum ꝙ tale vile officium princeps reſeruauerit. Et verba Oldra. de ipſo mentionem non faciens ſequitur Ioan. And. in addi. Spe. de inſtru. edict. ſ. reſtat. verſ. ſed quis poteſt. Et ꝙ notariat⁹ ſit vile officiũ, voluit Angel. cõſi. cclxxxiij. & per ipſum etiam vide ꝙ inſtrumenta cõfecta à notario imperiali in terris eccleſię tolerantẽ propter publicam vtilitatẽ. Et ꝙ nõ ſit dignitas, ui ſi ſit notarius magni principis, tenet Bartolus conſi. clxxiij. ſer Ioan. de Caſt. duranti. Et ad materiã huius legis vide Are. in c. poſt ceſſionem. de proba. & ibi demum in xv. colum.

Pro intellectu legis, quæ oĩa. ſ. j. ff. de. pc.

b ¶Alias Hieronym⁹ in antiquis codicib⁹.

↠P. PAV. P. (Sed cõtra. vt dicit Hieronymus & quãdo pars sciret defectũ iudicis,in terminis istius legis quod nõ valeret.vide Fel. in c.Rodulphus. columna, antepenulti.

l.item eorum.§.j.Et hec vera,nisi petat per simoniam.Nam iurisdictiones venales esse non debent:vt in auc.vt iudic.sine quoquo suffragio.§. cogitatio. Non enim debet iustitia esse venalis. Si autẽ est dignitas, quæ impetranti prodest,& alij non nocet, puta sine administratione vel Imperio: quidam concedunt q̃ pecunia dari potest, vt j. de polli.l.j.§.sed & si quidem.sed publicè,non priuatè. Nam præsumitur contra illum, qui ex mala conscientia timet exire in publicum l.j.C.de famo.libel. Nam ex mala conscientia digna timere naturale est:& qui furtiuè & clàm nititur,malam & iniustam causam habere præsumitur,& malà res agitur, cùm quod virtute fieri debet, id pecunia tentatur.secundùm Tullium. Item cauendum est, ne quis supra fortunam animum gerat. Nam non omnibus omnia cupienda sunt: vt ait Sallustius. Nam ab illicitis & noxijs abstinendum est, & oportet prudentem magis regulare concupiscentiam suam quàm substantiam. sicut ait Aristotel.primo Politicorum. Istis ad solatium præmissis,veniamus ad factum,& ad secundum no. Et primò oppo.& videtur

3 † q̃ Barbarius nõ fuerit prætor verus,sed solùm putatiuus:quia dicit lex, q̃ ille, qui non iure decretus est decurio, etiam si salarium perceperit,non efficitur decurio:vt j.de decurio.l. Herennius Modestinus.Sed seruus de iure non potest creari prætor, vt j.de iudi.l.cùm prætor.§.fi.ergo &c.Solu.glo.Aut loquimur vtrum receptio salarij conferat officium vel dignitatem:& dico q̃ non confert: vt in contrario. Aut vtrum error communis habiliter:& dico q̃ habilitat,vt hic. Nam error populi pro veritate habetur,vt hic,& ius facit:vt j de sup.lega.l.iij.in fi.Secundò oppo.& videtur q̃ Barbarius non fuerit prætor : quia talis medio tempore aliquis esse præsumitur,qualis postea declaratur:vt C. de serui.expor.l.moueor.sed hic Barbarius postea declaratur inhabilis:ergo & interim fuit.Sol. glos.q̃ iste Barbarius postea nõ declaratur inhabilis:quia liberatur in hora suæ creationis : & sic non obstat contra.Tertiò oppo.quia seruo non competit publicum officium:vt j.si quis cau.l.si quis seruum.Solu. Iste non seruus.Concludit ergo glo.q̃ Barbarius fuit prætor.Pro hoc facit: quia vbi de publica vtilitate agitur,personæ habilitas non curatur:vt j.ad Sylla.l.si quis in graui.§.is quoq;. & argu.C.de preci.

a Impe.offe.l.j.Sed contra hoc oppo.primò de tex. quia licet Põponius hoc dixerit:tamen author legis hoc non dicit,imò videtur dicere contrarium : quia dicit q̃ seruitus in Barbario latuit: ergo erat talis:aliàs non lateret : vt j.de acqui.possess.l.peregrè.in prin.Sol.Latuit præambula hora creationis. Vel dic etiam tempore officij gestionis latuit seruitus,scilicet præambula. non autem tunc erat seruus,sed liber:ergo prætor. Item oppo.etiam cõtra hoc q̃ seruus & libertus ad dignitatem aspirare non possunt: vt C.si seruus aut liber.ad decurio.aspi.l.j.& ij.Solu. Dic specialè propter publicam vtilitatem & communem errorem. Item opponi. si Barbarius fuit prætor : ergo gesta per eum valent de rigore:litera autem dicit de æquitate,non de rigore. Solu. Eadẽ æquitate qua est prætor in habitu exercet in actu : quia ab vna causa & ratione procedit & esse,& operari,secundùm Iaco. Itẽ oppo. Barbarius est per obreptionem promotus : ergo promotio nulla:vt j.de in ius vocan.l.sed si hac.§. patronum. & de nata.restitu.l.j.& de excu.tuto.l.qui testamento. & de tuto. & curato. datis ab his.l. tutor si petitus. Solu. Ibi loquuntur in factis priuatorum : ista lex loquitur in facto publico , & vbi versatur ius publicum authoritate, & vtilitate. Præterea, hic error communis facit fingi non fuisse obreptum.Item oppo.q̃ Barbarius illicitè insignijs vsus est.Vnde non debet dolus suus ei patrocinari,sed debet puniri:vt j.de fal.l.eos.§.qui se.Solu. Hic non est vsus illicitè insignijs:ex quo est prætor : ergo ei iure licet se talẽ vocare qualis est:& sic conualescit dignitas in eo,qui est vitiosè electus,vt no. Archidia.l.distinct.c.quicunq;.Item opponi.qua re Barbarius est prætor.ratiò tex.est publica vtilitas. Sed ista ratio est falsa. Nam quo ad statutum Barbarij non versatur publica vtilitas,sed quo ad litigantes:ergo ratio non est vera. Solutio.Gesta dependent à statu:quia si non esset prætor & liber,nõ valerent acta per eum, vt ergo valeant , ideo est prætor & liber. Ista solutio non est vera:quia licet non esset prætor de iure, sufficit quo ad litigantes q̃ erat prætor de facto , vt C. de senten.l.si arbiter. & argu.l.j.de testa. Si ergo dicis Barbarium esse prætorem,& creationem suam habere valentiam in seipsa: hoc redundat ad priuatam vtilitatem Barbarij,non ad bonum publicum. Barbario autem fauere,qui decepit populum, peccatum est,& maximè quia criminosus & infamis non habuit canonicum ingressum. Præterea,si Barbarius fuit prætor,quare formatur quæstio de actibus gestis,vel exercitio,an valeant? Quis dubitat valere,cùm sint facta à iusto prætore? Præterea, aut Barbarius est prætor de iure communi , aut dispensatiuè. Primò modo non: quia non capax. nec secundo : quia super defectu præsumpto non intelligitur dispensatum:vt j.de re iudic.l. quidam consulebant.& de excu.tuto.l.idem Vlpianus.& de nata.resti.l.j.& j.de pecu.lega.l.cùm dominus. Præterea nil debemus præsupponere frustra:sed præsupponere Barbarium fuisse prætorem,est frustra respectu publicæ vtilitatis:quia licet sit oppositum.gesta valent, & seruatur vtilitas publica. Item non debemus implicare tot inconuenientes.Quid dices? Guli.& Cynus dicunt q̃ hic Barbarius non fuit verus prætor , sed putatiuus : & secundùm hoc hæc lex hoc dicit.Propter publicam vtilitatem, & superioris authoritatem,& errorem communem,valent gesta à minus legitimo prætore.Et hoc solum determinat hæc lex,scilicet ex valentia actuum exercitorum quandiu latuit inhabilitas Barbarij. & aliàs,quæ dicit,circunferentia sunt: vel rationes ad probandũ gesta valere, secundùm eos.Sed pro glossa facit , quia Pomponius dicit,Barbario non obesse seruitutem.Vnde expresè decidit quæstionem quo ad personam Barbarij.Nec enim est dicendum,non obstitit,scilicet de facto, sed de iure sic. Nam factum præsupponitur , vnde de eo non est opus disputare secundùm Iaco.Item pro glossa.Facit q̃ si Barbarius esset minus legitima persona:ergo pro nulla deberet reputari : vt j.quod cuiusq; vniuersa.l.j.§.q̃ si nemo.Et confirmo gloss.tali ratione:vbi est defectus solùm in persona electi,cõfirmatio superioris tribuit ei ius. Et idem est in promotione.Vnde si homicida , qui est irregularis vel simoniacus,confirmetur in episcopum vel prælatum,valet confirmatio superioris:argumen.j.quod falso tuto.author.l.j. §.idem Pomponius.Facit quod notat Archidi.viij.quæstio.prima.c.in scriptis.Nam in eum hoc ius cadere potest virtute confirmationis,vt nota Innocen.extra de concessio.præben.c. cùm in nostris.in princi.Sed certum est quòd promotio Barbarij habuit vim electionis,& confirmationis.Facit quod nota Archid. lxiij.distin.in synodo cùm alium actum non requirat:sed trahat secum suum effectum,sicut confirmatio: vt infrà de conditi.& demonstra. lege, Publius. & nota per Innocen. in c.nihil.extra de electio.& c.cùm inter canonicos. & c. cùm dilectus. eodem titulo. per Innocen. Et hoc verum in confirmatione Principis: sed confirmatio inferioris non valet,si in electione sit vitium intolerabile.Ita intelligo Innocen. in dicto c.cùm dilectus. Et adde quod nota Innocen. extra de dolo & contuma. c. cùm olim. facit infrà de excusa.tuto.lege,qui testamẽto. Et quòd istud ius cadat in seruo , saltem dispensatiuè , dicit litera aperte ibi , cùm etiam potuit &c.Nam & tenet iudicium , vbi seruus iudicat,si non opponatur exceptio:vt nota Innocen.extra de præscriptio. c.fos̃catus.ergo in eo cadit istud ius qundam modo. sed in dicto c.nihil est. Innocen. videtur dicere quòd error communis non profit huic,qui de statu suo non errabat:sed bene profit litigantibus errantibus.Et ita post multa verba videtur concludere Innocen.in fi.d.c. quod verum credo : quia furtiuum ingressum habuit obripiens:vt l.fina.C.de primice.lib.xij. & ideo Barbarij detecto statu non oportet ipsum sententialiter priuari prætura: sed declarari non esse. Quod nota. Et hanc partem contra Barbarium præcisè tenet Innocen. in c. cùm dilectus. extra de electi.Et quod dico in seruo,idem in excommunicato: quia nõ

4 recipit titulum dignitatis,maximè spiritualem,vt nota Archidi. lxiij.distinctio.c.nullus.Venio ad tertium notabile† de valentia actuum exercitorum.Et videtur primò quòd non valeant. Nã Barbarius non fuit prætor quantum ad veritatem : ergo falsus prætor.ergo acta non valent: vt l.ij.C. de eo qui pro tuto. & C. de sacrosan.eccle.l.decernimus.Si vera esset opi.gloss. non esset opus laborare:quia Barbarius fuisset verus & legitimus prætor. Sed tenendo q̃ quantum ad se non fuerit verus prætor,sed quãtum ad alios,debet verus prætor reputari : tunc oportet soluere q̃ alia est exceptio,tu non es creatus.alia,tu non potes esse.nam ibi in ibi in primò abest factum:in secundo ius, & eius executio. hoc non est hic:qa nõ erat defectus in facto,sed in iure:vbi nõ abest veritas facti,sed iuris,iste non videtur falsus,sed inhabilis,vt no ta.j.de procurato.l.quæ omnia.§.fi.Ad l.decernimus respon. q̃ ibi nũquam fuerat creatus.sed se intromiserat,& inuaserat sicut tyrannus.Secundò oppo.si Barbarius non fuit prætor,ergo detecta veritate proceditur per modum declarationis , & non per modum priuationis:ergo retro gesta apparent infirma:quia declaratio retrotrahitur,vt l.pe.j.de re mili.& l.furti.§.j.infrà de infa.Sol.Obiectio est vera per modũ regulæ.fallit hic in his quæ pertinent ad iustitiam & iurisdictionem.ita no.Iaco.j.de acqui. hære.l.quoties.Tertiò oppo.& videtur q̃ acta valeant de rigore iuris,ex quo Barbarius erat in quasi possessione officij:nam sola quasi possessio sufficit in temporalibus:vt extra de iure patrona.c.consultationibus.Sol.Dicit Innoc.q̃ illud est verum in his quasi possessionibus,in quibus nõ requiritur decretum superioris,vt quasi possessio iuris eligendi & præsentandi.Secus vbi re quiritur authoritas superioris,nam si ibi est interpositum decretum de iure,valet quod fit de rigore iuris.Sinautem de facto,loqtur hæc lex,& Innocen.extra de elect.c. nihil.Oppo. quòd acta non valeãt:nã Barbarius sciebat se nõ procedere legitimè,vt infrà de procura.lege si procuratorem absentem. Solut. Nego q̃

5 non legitimè procedit,ex quo creatus erat.† Venio ad rationem dicitur hic acta valere propter publicam vtilitatem.contra, imò idem in priuata,vt C.de sen.l.ij. Sol. Iurisdictio delegata potest considerari tripliciter.Vno modo respectu actus exerciti.Respectu delegantis iurisdictio delegata est ordinaria,sicut in dominio vsus fructus formalis & causalis:sed ordinaria iurisdictio est publica authoritate & vtilitate:respectu iurisdictionis in seipsa est idem. j.de mune.& hono.lege munerum.§.iudicandi. Respectu verò actus exciti inter Titiũ & Seium,sic non extenditur qualitas iurisdictionis,quia non denominatur à priuato:vt lege prima §. ius publicum.§.de iust.& iur.Cy.dicit q̃ lex contraria loquitur in liberto,non in seruo.quod nihil est:quia si id,quod non est iurisdictionis,valet propter errorem communẽ, vt lege,prima.C. de test.multò magis id,quod est iurisdictionis:quia est magis favorabilis.Item oppo.dicitur hic in alia ratione literæ:quia error habetur pro consensu,tenendo gl.Sed contra,imò pro dissensu: vt lege si per errorem infrà de iurisdict.omn.iud.Sol.Ibi error vnius personæ,hic populi,secundũ gl. Vel ibi error dat causam actui exercito,hic est error incidens,quem habebat populus in latẽti qualitate personæ:non autẽ fuit dolo inductus ad eligendũ. Tu dic,error non habetur pro consensu quo ad Barbarium,sed quo ad acta,imò nec acta indigent fictione , sed valent ex æquitate quam habent in seipsis.Item oppo.contra tertiam rationem de authoritate superioris:& videtur quòd non requiratur authoritas superioris:vt lege prima.C.de testi.Sol.ibi in actu testis ; qui de sui natura non desiderat authoritatem superioris,vt not. Inn. in d.c.nihil.Venio ad aliam partem.Dicitur hic secundùm gl.q̃ Barbarius fuit liber effectus.contra,quia populus non potest mihi auferre dominium rei meæ:vt infrà qui & à quib.l.si priuatus Sol.Illud verum in alio populo quàm Romano, in quo olim summa potestas & absoluta residebat.Vel hic speciale fauore libertatis,vt l.quæris.j.de nata.rest.Nam in seruo quædam vestigia iuris naturalis remanserant:vt infrà de institu.& iur.l.manumissiones.Vnde de facili talem naturã reuertitur:vt infrà de pactis.l.si vnus.§.pactus.ver.quod in specie.Simile in restitutione natalium per viam legitimationis.Vnde sæpe videmus qđ Princeps restituit filium ad successionem alteri agnato quæsitam, q̃ tamen in dubio non videtur velle:vt extra de rescrip.c.q̃uis.lib. vj.& no.per gloss.infrà de libe.& posthu.l.Gallus.§.& quid si tãtum.Secundò oppo.actus agentium non debent vltra eorum intentionem operari:vt l.Neratius.infrà de re iudi.sed hic non fuit verus animus dandæ libertatis.vt C.de dona.lege nec ignorans. Sol.Imò præsumptione huius legis secundùm Iac.But.animus intercesit verus. Vel dic q̃ non operatur vltra nisi in his , sine quibus voluntas suum effectum non haberet:vt infrà.de procu. lege ad rem mobilem,& lege ad,legatum.infrà de acqui.hære.l. illud. Tertiòoppo.C.de libe.causa,lege,non mutant.vbi dicitur quòd dignitas & honores ciuiles non liberant à potestate.

6 & ideo dico quòd† Barbarius non fuit liber,sed solùm in possessione libertatis.& hoc vult litera ibi:quãdiu latuit &c.& ibi:si sciuisset.Nam omnia quæ animo concipiuntur ,nõ possunt perfici sine vera & certa scientia:vt infrà de reg.iur.l.in totum,omnia. Facit ad hoc C.de his qui à non domino manu.l.fi.et de fideicõmiss.liber.l.generaliter.§.si quis tutorem.& infrà de mili.test.l.neque.§.si seruum.Quia nõ creditꝝ q̃ Princeps velit alicui præiudicare:vt extra de authorita.et vsu pal.c.ex tuarũ. Item q̃ nõ fuerit liber,facit l.pe.C.de præpo.sa.cubi.Concludamus ergo tres singulares conclusiones.Prima est de Barbario, q̃ nõ fuerit prætor.Secũda de actionibus exercitis q̃ valuerũt.Tertia q̃ Barbarius nil fuit quo ad se,sed quo ad litigantes aliquid fuit.Et sic casu & fortuna populus Romanus fuit seruus & subiectus seruo. Fortuna em̃ oĩ rei dñatur.Et si dicatur si Barbarius nõ fuit liber nec prætor:ergo fuit iudex incompetens,quomodo acta valẽt? Solu. Quo ad subditos iudex cõpetens fuisse videtur, vt s.dixi: sed in seipso non potest habere dominium nec iurisdictionem.

7 ar.s.de sta.ho.l.qui furere re.† Modò quærere restat, an cõmunis vtilitas,& publica authoritas superioris,& error populi,omnia ista tria essentialiter requirantur ad validationem actorũ. Et videtur q̃ sufficit superioris authoritas cũ quasi possessiõe liberatis:vt C.de sen.l.si arbiter.Ecõtra q̃ propter periculũ multorũ dispenset hæc lex , & sit finalis ratio publica vtilitas vel quasi. Econtra videtur q̃ sufficit solus error cõmunis,qui facit ius , & maximè iniudice ordinario,cui subditus nil põt opponere , ex quo est in pacifica quasi possessione iurisdictionis authoritate superioris:vt not.Inn.extra de offi.delega.c.cũ super. de Archi. viij.q.iiij.nõne.vbi omnino vide. Nã quasi possessio non debet esse sterilis.Ponit ergo vsum quendam,qui est exercere iurisdictionem,vt not.Inno.extra de restit.spoliato.c.in literis.Sol.Credo q̃ potissima ratio sit error cõmunis, & superioris authoritas: vt d.l.si arbiter.Nam ita debet illa lex intelligi, q̃ hoc communi errore pro libero habebatur.Item ibi interuenit superioris authoritas,id est,delegatio superioris.Et si est illud in iurisdictiõe delegata,quæ est extraordinaria & odiosa:ergo idem in ordinaria quæ est fauorabilis,& necessaria,& amplianda:vt l.j.§. cũ vrbẽ. ŝ.de offi.p̃fec.vrb.Et p̃ hoc puto q̃ si Barba.nõ exercuisset nisi vnicũ actũ:ille actus valeret:& de eqtate ita valuit primus actus quẽ fecit,sicut & vltimus.Ponamus q̃ deficiat authoritas superioris:nũquid error cõis sufficiat? Exẽplũ in eo,† qui diu se pro

8 notario gessit an valeant instrumẽta:semper enim falsum commisit,dũ se in notariũ subscripsit.Et videtur quod non valeant de rigore,sed de æquitate:ar.l.nostræ,& l.j.C.de testa.Nã notarius est testis approbatus à iure:vt l.hac consultissima.§.fi.C.de testa.& l.j.dominus Azo dicit contrarium in authen.de fide instru.vbi dicit non valere.Et idem tenet hic Gul.per l. actuarios. C.de actua.Non obst.hæc lex,qa hic non erat aliquis defectus, nisi in persona Barbarij:qui defectus est defectus materiæ. Sed in qõ.proposita est defectus formæ:imò est funditus falsitas:vt infrà,de fal.l.eos.§.qui se.Vnde suæ scripturæ non debet credi, vt infrà,de eden.l.si quis ex argentarijs.§.j.& C.de proba.l.iubemus.tenetur tamen iste scriba patribus ad interesse: vt l.fina.C. de magi.conuenien.Nec obstat lege, prima C. de testi.quia ibi in officio testis,in quo non requiritur superioris authoritas : sed nemo est tabellio,nisi creetur tabellio à superiore:vt not.per Innocen.extra de fid.instru.capitu.cùm P.tabellio.Nec iuuat quasi possessio:quia in ea fuit mala fides versatus.Facit quod no.per

9 docto.C.de fid.instru.l.si solennibus.† Sed quid dices de iudice vero,qui tamen erat excommunicatus,& iurisdictionem exercuit:an teneat processus suus? Et videtur quod non,vt not.in lege,prima.C.de iur.& fac.ignor.Tu dic contrarium. quod occultè excommunicatus partibus obesse non debet arg.legis nostræ:nam iste excommunicatus est verus iudex in seipso : ergo multò fortius valent in eo gesta vel acta,quã in Barbario.Facit

10 quod not.Inno.in capitu consulti.extra de procura.† Sed quid dicemus in his,quæ non fiunt per modum iurisdictionis, vt in contractibus,an de æquitate valebunt contractus stricti iuris facti à non legitimo prælato? Si quidem est intrusus , de facto non valent.xij.qõ.ij.alienationes. Si verò authoritate superioris,tamen illa authoritas non valet,vt quia confirmatus erat excommunicatus,qui habent pro mortuo,quo ad spiritualia pro non confirmato,vt not.per Inn.in c.nihil . Et tũc subdistinguo:

¶ Valeant. Adde Card.cons.j.de trāſ. præla.

Aut eſt actus neceſſarius:& valeat:ar.j. de mino.l. ait ꝓtor.§.ꝓmittit.& de ꝓcur.l.ꝓc. curator totoꝝ in fi.arg.huius l.quia iuriſdictio eſt neceſſaria, & debet à ſubditis impartiri:in authen.de quæſtio.§.ſuper hoc.Aut eſt voluntarius:& tunc aut concernit proprietate rerū,aut fructus. Primo caſu non valet contractus:vt C.de eo qui pro tu.l.ij.& de iureiur.l. iuſiurandū. §.j.Secundo caſu valet,ſi erat in bona fide:quia adminiſtrationem facti habet:licet non habeat ius plenum:arg.extra de elect.c.quærela.& extra ne præla.vices ſuas.c.ſi.& hoc in prælatis.Secus in tutoribus non legitimis qui nihil poſſunt nec in iudicio nec extra in præiudicium domini:vt l.qui neqꝫ de reb. eo. Nam dominus in eorum adminiſtratione non ſuccedit nec co-
11 gitur ratum habere:vt l.filiæ.j.de ſolutio.†Sed quid de ſeruo religionis,qui fugit à clauſtro,vt ſunt apoſtatæ:an ſi papa ignorans promoueat eos,valeat promotio?vt puta ad epiſcopatum?Et dic ꝙ non ſunt epiſcopi:ſed tamen valet id,quod faciunt,ex quo cōmuni errore pro epiſcopis reputantur,vt hic.& iſte caſus frequēter contingere poteſt.Ratio autem quare non eſt epiſcopus: qa hoc ius ipſo iure non cadit in apoſtatam.Secus in homicidia, in quo cadit ius ipſo iure:& ideo eſt verus epiſcopus: vt nota. per Inno. extra de conce.præben.c.cum noſtris.donec remoueatur. Nam remouendus eſt tanqꝫ criminoſus & indignus. Sed qꝫdiu non priuetur,verus prælatus eſt.Nec ob.ꝺ: de fideicō. liber. l.cū vero.§.ſubuentum.quia ibi agitur de præiudicio tertij: hic verò de iure ſolius cōcedentis:puta papæ.Simile,ſi dolus dat cauſam contractui,& ſequatur traditio,dominium tranſfertur:vt l.elegā-
12 ter.in prin.j.de dolo.†Sed quid ſi papa ex certa ſcientia tales ꝓmouet?Dico quòd diſpenſare videtur:vt j.de re iudi.l. quidam conſulebant,& no.in l.ij.C.de diuer.offic.lib.xj. Inferiores autē non diſpenſant niſi cauſa cognita,& in caſibus permiſsis:vt in c. at ſi clerici.extra de iudi.& per Bar.& Inno.& extra de fil.præſby.c.veniens.vbi dicit quòd non poteſt haberi pro legitima di-
13 ſpenſatione temerarium factum inferiorū.ꝙ eſt valde no.†Sed quid de his,quos iſti prælati putatiui ordinant per modum legis condendæ,vt in c.vt animarum.§.ſtatuto extra de conſti.lib.vj. an valeant?Breuiter eſt caſus hic ꝙ ſic.Tamen dicit Inn.ꝙ licet proceſſus exerciti per modum iuriſdictionis inter partes non vemiunt caſſandi,vt hic.ſecus in legibus:quia ſunt caſſandę quo ad futura dānata authoritate,vt not. Inno.extra de elec.in c.nihil.tñ iſta caſſatio non trahit ſuum effectum retro.Conclude ergo ex præmiſsis ſic:ꝙ quidā ſunt actus per modū legis:quidā per modū iuriſdictionis cōtentioſæ:quidā per modū cōuētionis: quidā per modū liberatioīs.Et facit j.de condi.indeb.l.ſi vrbana. & in-
14 frà de pac.l.ſi tibi.§.cū poſſeſ.†Sed qd de ſententijs ſpiritualibus epiſcoporū putatiuorū:an ligēt?Videtur ꝙ nō:qa cū deus ligat, non ligat contra veritatem:vt arg.j.de condi.ob cau.l.ſi pecuniā §.ſi ſeruū.Vnde in ſententia excommunicationis plus conſidetur veritas quàm opinio:vt no.Archi.xj. q.iij.c.ſententia paſtoris.Ego credo contrariū,quo ad eccleſiam huius mundi:quia habet adminiſtrationem iuriſdictioīs meri & miſti Imperij, tam in ciuilibus quàm in criminalibus, & per inquiſitionem,& officiū iudicis,vt hic.Et hoc eſt verum in ſpiritualibus,quæ fiunt ratione publicæ vtilitatis,& publici officij.Secus in alijs:vt no.Inno. extra de conſuetu.c.cùm dilectus. Et de hoc not. Archi.ix.q.j.
15 nos in hominem.vbi omnino vide per eum.†Sed quid de actionibus motis à non iuſto prælato, vel ab eo qui poſtea remotus eſt ab actu vel ab officio vel dignitate, vel ab adminiſtratione, an teneat iudicium?Videtur ꝙ ſic:arg.not.j.de iudi.l.non idcirco.§.cū poſtea,& j.rem rat.hab.l.procurator.§.fi.In contrariū facit j.de ſolu.l.diſpenſatorē.& l.eius qui.j.ſi cer.pet.& de admini. tut.l.vulgò.&l.actor.rem ra.hab.Tu dic quòd prima pars eſt vera in prælatis,ex quo ſunt in pacifica poſſeſsione: arg.legis nr̄æ. & extra de elec.c.querelam.Secunda pars eſt vera in tutoribus & ſimplicibus adminiſtratoribus,de quibus etiam loquitur glo. in lege quæ omnia.j.de procura.Et adde quod no.per Dy. in c. j.extra de regu.iur.lib.vj.in viij.quęſtion.vbi ſentit ꝙ lex noſtra loquitur & habet locum in officijs publicis authoritate, & vtilitate.Secus ſi vtilitate priuatis,vel priuatis vtilitate & authoritate,ſecundùm Dyn.Et officium prælatorum cenſetur publicum authoritate & vtilitate:argu.ſuprà de iuſti.& iur.l. prima. §. ius
16 publicum.in ſacris.†Quid de notario ab officio priuato,an vete ra inſtrumenta publicare,& perficere poterit?Et videtur ꝙ ſic. Nam iſta pars eſt vera:quia alijs non debet nocere contra notarium lata ſententia:vt infrà de inſa.l.Lucius. cum ſimi. Et facit quod nota.Inno.extra de hæreti.c.fraternitatis.Ex quo enim ſententia amotionis ſortitur ſuum effectum,& tunc non valent ſcripturæ poſtea inchoatæ,ſed retro vetera cōſummare poteſt: quia ſententia non mutat vim retro.argumentū.C.vt cau. poſt publ.
17 adſit tu.lege prima.†Quid ſi notarius non eſt adhuc damnatus de falſo,ſed pendet proceſſus:an interim poſsit inſtrumenta conficere?Et videtur quòd non:vt C.de procura. lege reum criminis.argum.infrà de excu.tuto.lege diximus.quia idem operatur proceſſus pendens,quod ſententia.infrà de exceptio.lege fundū & lege fundi. Ad idem facit infrà de libe.cau.lege qui de libertate.& infrà de ſolut.lege.quòd ſi fortè.§. primo de adminiſtra. tuto.lege chirographis.§.pe.Econtra videtur:quia pendētia proceſſus operatur idem,quod ſententia abſolutoria: quia dubium & certum paribus paſsibus ambulant pro eo,ſed non operantur idem quod condemnatoria.Vnde ex quo interim eſt in poteſtate officij,videtur quòd poſsit officium exercere,niſi expreſsè interdicatur:vt lege moris.infrà de pœn.& d.lege chirographis.§. finali.cum ſimi.Ad idem facit quod nota.infrà de inſa.lege furti
18 §.primo.Nam & miles antequam ſit ex authoratus, pro milite eſt tractandus.Facit ad hoc quod nota.infrà de infami.lege ſecūda §.miles.& de edē.lege,ſi quis.§.primo.& ibi per Odofre. Credò quòd hæc pars ſit verior quia licet interim ad nouum honorem non poſsit aſpirare:tamen executio officij prioris non denegatur:quia eſt in quaſi poſſeſsione.quòd interim ſibi competitiu re proprio.Nam etiam interim notarius eſt.Non obſtat.C.de ſpe.tu.lege eum.quia officium tutelæ eſt gratia alterius tantùm introductum,& non intereſt tutoris.Secus in officio tabellioīs. Nam honor eſt ſibi credi,& ſua intereſt,& eſt officium publicū authoritate & vtilitate priuatum.Et facit:quia in dubio conſtitutus poteſt licitè poſsidere,& vti poſſeſsione:vt infrà de no.oper. nuncia.lege ſi prius.cum ſimi.Et ſicut non auferētur bona ſibi interim:ita non debet auferri officium nec ſtatus:argu.ſupra de ſta.ho.lege,qui furere.nec etiam fama,vt C.de inſa.l.nullā. Honeſtius tamen facit ſi interim abſtinet à nouis inſtrumentis imò videtur quòd ſit omnino prohibitum,ſicut ferre teſtimonium: vt l.iij.§.lege Iulia.& l.ij.de teſtib.& no.in l.j.C.de reis poſtu.lib. x.niſi dicas aliud in teſte ſimplici:aliud in tabellione.Nam infamis non poteſt eſſe teſtis:tamen poteſt exercere tabellionatum, niſi in officio deliquerit,& ſit amotus ab eo.Item dictum tabellionis eſt magis authenticum,qꝫ dictum teſtis:vt not.Inſtitu.de inut.ſtip.§.item verborum. Item quidam non poſſunt eſſe teſtes in iudicio,ſed in contractibus ſic:vt C.de hære.l.quoniam.Non credo tpaliter fidem annihilari,ſed diminui,ſi poſtea culpabiles
19 eſſe iudicentur.†Quid ſi papa tranſtulit epiſcopum de vno epiſcopatu in alium epiſcopatum:ignorans ille tanqꝫ primus epiſco-
a pus aliqua geſsit:an valeant?Et videtur ꝙ ſic:quia papa non videtur executionem officij adimere ignoranti: vt extra de reſtit. ſpo.c.audita.niſi ex eo quòd ſit plenè tranſlatus à iure:arg.infra de offi.præſi.l.ſi fortè.arg.contra infra de manu.vin.l. ſi pater. & l.patet ex prouincia.& argu.infra de iudi.l.ij.§.primo vbi nō requiritur ſcientia:ſed ibi fauore iudiciorum:hic autem eſt oppoſitum. Alia non ob ſcilicet & ideo iudicium quod fecerunt litigantes coram eo valet: & quia in lege contraria tractabatur de lucro captādo:hic de dāno vitādo,ſaltem de dāno expēſarū in lite.Facit ꝙ not.j.de procura.l.Pōponius.§.ſed & is.Cōclude tres caſus.Quandoqꝫ quis nunqꝫ fuit in officio de iure, ſed de facto: tamen in colorata poſſeſsione:& loquitur lex noſtra. Quādoqꝫ fuit de iure & de facto,tamen erat priuationi ſubiectus:quia dolo obtinuerat officium vel dignitatē:& tunc valēt interim geſta, etiam quo ad ſcientes:qa verè eſt talis pro quali ſe gerit,donec ꝙ ſuperiorē remoueatur.Quādoqꝫ quis iam fuit in officio, ſed hodie non eſt:tūc an valeāt geſta.Si quidē per ſententiā ſit amotus nō valent.Nam ſi in lege noſtra eſſent geſta poſtqꝫ depoſitionis ſententia eſſet lata contra Barbarū:& tunc geſta non valerent: vt not.Inno.extra de accu.c.qualiter.in gloſ. magna. Sinautem eſt ſibi alias adempta iuriſdictio propter errorem ipſius, ad huc acta tolerantur:vt extra de reſtit.ſpo.c.audita.Et de hoc tangitur j.ſi cer peta.l.eius in prin.Et facit quod not.j.de condi.indeb.l.ſi non ſortem.§.qui filio.Licet enim abſenti & ignorāti iuriſdictio conferat

a ¶Excōmunicatū. Adde quādo geſta ab excōicato valeāt.Car.cōſi.xl.& facit pro dicto Bar.hic voluit Fed.cōſil.xiij. ꝙ percutiens laicū incidentē in habitu clericali,putans illū clericum,& ſe excōicandum,& ſi celebrat ſimiliter irregularē,qñ tamē re vera non eſt,& ſi promoueatur ad beneficium quòd valet promotio.Et an valeant inſtrumēta excōicati,vide Fede.cōſi.lxxiij.& cxlvj.
✠ P. P A V. P.

b ¶Quòd incendia ſæpius fiunt.Circa iſtā materiam vide Ale. conſi.l.in j.vol. vbi ponit inter cætera,ꝙ ſi duo inhabitant vnus inferius, alter ſuperius,quis teneatur de incendio,& ibi in fi.ponit quòddā ſingulare dictū,in materia vide moder. in l.horreorum.ff. loca. Itē ſi duo inhabitant quis teneatur, vide Roma. conſil. cccj. & vide omnino de materia Bal.in cōſil. xiij.incip.factū quæſtionis tale eſt. in j. vol.vide Alex.in l.ſi quis ex argentarijs. §.prætor ait.in ij.co. & ſequenti.ff. de edē do.Ang.in conſi. ccxiij.incipi. Incendiū eſt ortum. & in cōſi. ſequenti.incip. In qꝫſtione prætexita. Itē etiam quòd ſi cōductor exprimat ſe nolle teneri de caſu fortuito,& poſteavnus ex ſuis domeſticis
19 comburat domum omnino teneatur.eſt tex.in l.ſi inſulam.§. fi.ff.loca.quē multū notat Roma. in l.ſed & ſi quis.§.quæſtū. fi. ſi quis caut. facit textus in l.ſi tibi domū.in principi.ff.locati.Quæ autem ſit pœna incendiarij vide diſtinctius Cynū in l.ſi datæ.C.qui ac cuſare nō poſſ. & refert Richar. fuiſſe ſignatū i facto, ꝙ pœna de qua loquitur l. ſi ædes.ff. de incend. rui.& naufra.& in l. quis furio.§.quod dicitur.ff.ad leg.aquil. vide etiam in l.quod occidit.§. in hac quo que actione.eod. tit. Itē adde quòd licet incendium præſumatur factum culpa inhabitantium: tamen talis culpa præſumpta non eſt niſi leuiſſima. Ideo in caſibus, in quibus non tenetur quis de leuiſ-
20 ſima culpa non tenētur non probato alio modo culpa, in eo quod ſi probaretur ipſum eſſe ſolitum eſſe vigilem & ſolertem tolleretur illa præſumptio culpæ leuiſsimæ, quæ à iure contra eum oritur vide Iaſon. in l. ſed & ſi quis §.quæſitum. ff. ſi quis cauti. vide de prædictis & quibuſdam alijs Iaſon. in l. ſi
21 quis ex argentarijs, §. prætor ait penult. cōſil.ff.de edend.vbi dat aliam notabilē cautelam, pro ſaluando inhabitantem.Ita pro defenſione inhabitantis.vide not.Ioā.de dama in cōſi.xj.vbi ponit quod licet præſumatur culpa habitātium:nō tamē præſumitur culpa domini,& ſic certæ perſonæ,atque talis culpa præſumpta,eſt leuiſsima.Et quomodo dominꝰ teneatur de culpa alicuiꝰ de ſua familia ſibi cō-
missa circa incendium,aperte vide infrà.Et circa iſtam materiam, an incendium præſumatur factum culpa inhabitantiū,et abſqꝫ eo ꝙ aliqd probetur contra eum,taliter ꝙ teneatur domiꝰ ad reſarcīdum damnum, vide Alex. conſi.l.in j.volu.qd̄ eſt repetitum in cōſil. ccxvij. Ad iſtud propoſitū vide Bal. in cōſi. cxlviij.in ij. vol. incip. viſis & opportunè cōſidera ratis per totum.vbi cōludit ſignanter ꝙ illud quod dicit hic, verū eſt ſi culpa leuiſsima in cōmittendo.& ideo nō tenet dñs,niſi habet rē ex tali contractu, ex quo teneat ēt de leuiſsima culpa i cōmittēdo.vt in cōmodato vel alijs,q ſiūt gr̄a vnius tm̄ tex.in l.ſi vt certo.§.nūc vi dēdū ff.cōmoda. Iō cōcludit ꝙ nō tenea tur actiōe aliqua:licet ex ea teneat ex culpa leuiſsima, qa intelligit de culpa in faciēdo cōmiſſa, vt ibi per eū,qui multa alia ponit ad defenſionē habitātiū, vt nō teneat ex iſta ſola præſumptione & in fine dat cautelā qd̄ nūquā tenebitur, ſi probaretur ꝙ non erat ſolitus talia facere quē ſequitur etiā cautius in lege, dñi horreorū circa fi.ff. loca.& multa allegat Ale.in dictis conſiliꝭ quæ omnino vide. Item tenet Alexan. in l.ex argē tarijs.§.prætor ait in iij.col.& ſequēti.& idem repetit in l.domus hæreditatis. in peñ.& vlt.col.ff. de leg.j.cōtrariā tamen ſententiā, ꝙ primò fine alia probatione teneatur habitās,puta conductor domino, qa præſumatur talis culpa, quòd ſit obligatus. Videtur velle Bar.in l.ſi quis exargentarijs. §. an vero hæredita.ff. de edendo.& videt caſus in lege.vēdita.ff. de peri. & quomodo rei vendi. ſed reſpondet Alexan.in dictis conſiliꝭ idem qd̄ Bar.tenet. Bald. in cōſi.xiij.incip.Factum quæſtionis tale eſt ſ prima parte. & aliqui moder. vt refert Ang.in dicta l. domini horreorū Item ad contra iſtā materiam quomodo præſumat factū incendium culpa habitantium Ang.ſ cō filio ccxiij.incip.incendium eſt actum.

uando inhabitantem.Ita pro defenſione inhabitantis.vide not.Ioā.de dama in cōſi.xj.vbi ponit quod licet præſumatur culpa habitātium:nō tamē præſumitur culpa domini,& ſic certæ perſonæ,atque talis culpa præſumpta,eſt leuiſsima.Et quomodo dominꝰ teneatur de culpa alicuiꝰ de ſua familia ſibi cō-
missa circa incendium,aperte vide infrà.Et circa iſtam materiam, an incendium præſumatur factum culpa inhabitantiū,et abſqꝫ eo ꝙ aliqd probetur contra eum,taliter ꝙ teneatur domiꝰ ad reſarcīdum damnum, vide Alex. conſi.l.in j.volu.qd̄ eſt repetitum in cōſil. ccxvij. Ad iſtud propoſitū vide Bal. in cōſi. cxlviij.in ij. vol. incip. viſis & opportunè cōſidera ratis per totum.vbi cōludit ſignanter ꝙ illud quod dicit hic, verū eſt ſi culpa leuiſsima in cōmittendo.& ideo nō tenet dñs,niſi habet rē ex tali contractu, ex quo teneat ēt de leuiſsima culpa i cōmittēdo.vt in cōmodato vel alijs,q ſiūt gr̄a vnius tm̄ tex.in l.ſi vt certo.§.nūc vi dēdū ff.cōmoda. Iō cōcludit ꝙ nō tenea tur actiōe aliqua:licet ex ea teneat ex culpa leuiſsima, qa intelligit de culpa in faciēdo cōmiſſa, vt ibi per eū,qui multa alia ponit ad defenſionē habitātiū, vt nō teneat ex iſta ſola præſumptione & in fine dat cautelā qd̄ nūquā tenebitur, ſi probaretur ꝙ non erat ſolitus talia facere quē ſequitur etiā cautius in lege, dñi horreorū circa fi.ff. loca.& multa allegat Ale.in dictis conſiliꝭ quæ omnino vide. Item tenet Alexan. in l.ex argē tarijs.§.prætor ait in iij.col.& ſequēti.& idem repetit in l.domus hæreditatis. in peñ.& vlt.col.ff. de leg.j.cōtrariā tamen ſententiā, ꝙ primò fine alia probatione teneatur habitās,puta conductor domino, qa præſumatur talis culpa, quòd ſit obligatus. Videtur velle Bar.in l.ſi quis exargentarijs. §. an vero hæredita.ff. de edendo.& videt caſus in lege.vēdita.ff. de peri. & quomodo rei vendi. ſed reſpondet Alexan.in dictis conſiliꝭ idem qd̄ Bar.tenet. Bald. in cōſi.xiij.incip.Factum quæſtionis tale eſt ſ prima parte. & aliqui moder. vt refert Ang.in dicta l. domini horreorū Item ad contra iſtā materiam quomodo præſumat factū incendium culpa habitantium Ang.ſ cō filio ccxiij.incip.incendium eſt actum.

ferunt,non quo ad effectum Barbarij:quia nō ꝓceſsit legitimè ſecūdū verū intellectū: nec poſſumus arguere in contrarium ex litera cōditionali:qa dicit ſi ſciuiſſet &c.quia verum ſi ſciuiſſet & creaſſet:ſed præſumit nō creaturū eſſe ſi ſciuiſſet indignum:quia præſumitur id factū eſſe quod fieri non debeat.Venio ad vltimam partem dicitur hic ꝙ multò magis in imperatore.contra imò pari ratione:quia pari poteſtate & ſicut in natura pari vnus alio maior non eſt,vt no. de manumiſ.in l.apud eum.ita nec hic:præſertim quia à populo proceſsit,vt l.j.ſuprà de conſtit.princi.& de origi.iuris.l.ij.§.nouiſsimè.Solu.Verum eſt ex parte poteſtatis,ſed ex parte conſenſus facilius & verius conſentit vnus quā plures:vt l.j.in fi.infrà de acqui.poſ.facit quod not.Inno.extra de ſen.excommuni.c.grauen.Secundò oppoſi erat princeps errat vnus:et non erat error communis:ergo multò minus deberet dicere,non multò magis.Solu.Dic ꝙ non attēdit error reſpectu creantis,ſed reſpectu ſubditorum.Vel dic multò magis,qꝫ in Barbario vt ſit ſenſus ꝙ ſi Barbarius fuiſſet creatus imperator:multò minus noceret ſeruitus imperio quàm præturæ: quia imperatori nihil. opponi poteſt dum modo ſit catholicus,ſicut nec papæ.expoſitiones gl.
loquuntur de Imperatore creato.quod not.
22 †Vltimò iſta lex allegatur ꝙ quis preſumitur dignus ex fama.De hoc no.Arc.viij.q.ij.dilectiſsimi. Item præſumitur innocens ex fama,niſi ſuo conatu ſumpſerit originē contra exiſtentiam veritatis,vt j.de adul.l. miles.§.pe.et illa quę per famā ſciuntur,ꝓſumuntur ab omnibus ſciri:vt not.in l.j.C. de rece.In tex.ibi:propter vtilitatem.iſta ratio tangit effectum & cauſam efficientem. In tex.ibi: ſed & ſi.Iſta ratio tāgit intētionē creantis,cuius ſummū Imperium demonſtratur:quia poteſt diſpenſare de officio in ſtatu ſeruitutis,& libertatis.Et ſic eſt finis.

De officio præfecti vigilum. Rubr.

1 ☞*Incendia ſæpius fiunt culpa habitantium.*
2 *Cuſtodes de negligentia puniuntur.*
3 *Cuſtodes poſſiunt torqueri quādo furtum eſt factum de nocte,ut indicent furem.*
4 *Capitaneus guardiæ poteſt fuſtigare:& delinquentem,qui ſeuerius puniri debet remittere.*
5 *Incendiarius qua pœna plectatur.*

LEX I.

Aput. Hęc lex primo ponit qualiter iſti fuerunt à principio inuenti,& creati & à quo.Secundò dicit qui ſit eorum officium & circa quę habēt iuriſdictionem.& hoc dicit totus titu.Secunda ibi: in l.iij.§.cognoſcit. Et not.text.ibi:quia plerunque,&c.Et not.
1 text.†quòd incēdia ſæpius fiunt culpa eo-
b rum qui in domo habitāt.†No.ꝙ cuſtodes
2 puniunt de negligētia:et dicunt eſſe in cul-

& in consil. sequenti. in quæstione proposita, & ex supradictis consiliis poteris colligere quando connumeretur inter casus fortuitos incendium. de quo p Ang. i tractatu maleficiorū, in verbo, incēdiario. & in §. præterita institu. quib. mod. re contrah. obli. Faciūt etiam ad prædicta quæ scripsi ad Bart. in l. j. C. de iure emphy. an si domus sit cōbusta liberet emphyteuta à solutione canonis. De quo pōnūt moderni in repetitione. l. quominus. iu. xxxiij. quæstio. ff. de flumi. sed ad istud propositum parum faciūt si videbis, ga nihil dicitur an culpa præsumitur, sed in alia ratione fundatur illa de fensio, vt ibi p eos. quomodo autē teneatur dominus de incendio commisso per seruos in domo conducta, vide quæ dixit Sali. in l. q̄ fortuitos. C. de pignor. act. vide text. in l. vi deamus §. fi. ff. locati.

POMATES.

a ¶ Item no. Vide bal. l. j. in j. repe. col. xxx. C. de summa trinita.

b ¶ Nocte fierent. Vid Bar. in l. j. ad fl. fur. ad uer. nautas, cau. sta.

POMATES.

c ¶ Debet puniri. vid Panor. consilio ciij°. in j. col. vo. ij°.

d ¶ Plerunq;. Dictio plerunq;, facit regulam. Adde glo. & ibi Io. de Imola. in l. non dubitamus. de condi. & demon. & text. cū gl. i l. si plures. & ibi Ray. Nico. de Nea. j. de vul. & pu.

e ¶ Cōmittitur incendium. Qua pœna sit puniendus qui dolo ponit incendiū in alia qua domo, vide plenè per Cyn. in l. data opera. C. qui accusa. Quid autem si incendium est cōmissum negligentia vel leuissima culpa vide per Bar. Sali. in consi. incip. Saluatoris nomine inuocato ad q. propositam, &c. vbi dicit q̄ tenens tenetur ad emendationē dānum passo, non autē ad aliquam pœnam, per d. §. qui ob inimicitias. facit l. si vendita. de peri. & cōmo. rei vendi. Vide etiā Sali. in l. quæ fortuitis. C. de pig. act. & i q. consil. ponit plene quid si aliquis de familia immisisset incendium an dominꝰ teneatur, vide text. & Bartol. in l. si seruus. §. Proculus. j. ad legem Aquiliam. Si autem sit ignorās in dubio præsumitur à pa propter malam custodiam. Item no. q̄ istæ præfectus est spectabilis, & no. de pœna eorum. † Item nota quando de nocte fieret aliquod furtum possent custodes tori queri vt furem indicent, vt ibi, & de seruis custodientibus, &c. Vide quæ dixi in lege prima in fin. ff. fur. aduer. nau. Nota † hunc titulum pro capitaneo guardiæ cui data est modica coērtio, scilicet fustigare. Vbi autē seuerius debet puniri, debet ipsum remittere ad potestatem vel capitaneum. Oppo. dicitur hic quòd plerunq;, imò semper, & vt infrà de peri. & commo. rei vendi. l. si vendita. Sol. illa lex debet limitari secundùm hanc legem. Oppo. dicitur hic quòd interdum flagellis ceditur, & quòd eius pœna sit ictus fustium. contra imò debet combusti, vt infrà de incen. ruī. nau. l. qui ædes. Solu. Aut incendium committitur per culpā: & loquitur hic. Aut per dolum: & loquitur contrarium. Oppo. ad hanc solu. imò & vbi committitur per dolū, non est pœna ignis, sed debet decapitari: vt l. capitalium. §. qui ob inimicitias. infrà de pœ. & l. fina. j. de incen. ruī. nau. Pro † quorum sol. dic secundū Iaco. de Aretio quòd aut committitur indium de dolo aut culpa aut casu fortuito. Primo casu aut fit incendiū in ciuitate aut in villa. Primo casu aut incendiarius est vilis persona: aut in dignitate positus. Primo casu sit incendium est magnum, debet tradi bestijs, & potest comburi, vt d. l. fi. §. qui data coniuncta l. qui ædes. de incend. ruī. nau. Secus si esset paruum incendium: quia tunc debet decapitari: vt dicto §. qui ob inimicitias. Siverò est persona in dignitate posita: tunc si est magnum incendium decapitatur: si est paruum incendium, deportatur, vt d. l. fi. §. fin. de incen. ruī. naufra. Si verò incendium est commissum in villa: tunc est minus periculum: & ideo si est persona vilis, & incendium magnum, debet decapitari: vt d. lege capitalium. §. j. & §. incendiarij. Si autem est paruum, tunc debet deportari vt d. lege capitalium. in princi. Si verò est in dignitate positus, & est in villa: si est incendium magnum, deportatur, si paruum, relegatur: vt d. l. capitalium. in prin. & §. qui ob inimicitias, coniuncta l. fi. in fi. j. de incē. ruī. nau. & omnibus huiusmodi casibus debet damnum emendari: vt l. qui ędes. §. j. cō iuncta. l. fi. in fi. j. de incen. ruī. nau. Si verò per culpam: tunc minus puniatur quā si dolo, vt infrà, ad l. Cor. de sica. l. i lege. Et hoc est verum, si est in lata culpa. Si verò est leuis culpa: tūc punitur pecuniariter, nō corporaliter: & si non potest soluere, punit in corpore: vt d. l. qui ædes. Tertio casu quando est incendium commissum casu fortuito, non tenet ad aliquid, sed imputatur casui: vt l. pe. de incen. ruī. nau. & hoc mōinet ligas vbicūq; de isto tractatur, qui igni causam præstat: quomodo & qualiter puniat.

De officio proconsulis & legati. *Rubrica.*

☞ *Habens iurisdictionem ab inferiore, à principe illam non exercet extra territorium.*

Notarius creatus ab alio quam à principe, non potest extra territorium conficere instrumenta: tamen in territorio confecta ubique ualent.

LEX I.

PRoconsul. Proconsul antequam ingrediatur prouinciā sibi deputatam iurisdictionē voluntariam exercere potest, non contentiosam, sed legatus proconsulis nullam. hoc dicitvsque ad l. obtinuere. intelligo secundùm Guliel. quod respectu iudicis est necessaria, licet respectu partium sit voluntaria. Opponi. dicitur hic quòd extra prouinciam non habet iurisdictionem etiā voluntariam legatus proconsulis, contra. l. apud proconsulen. de manu. vin. Solu. ibi est egressus prouinciam: hic non. Et † allegatur hæc lex, quòd si aliquis prætendit iurisdictionē ab aliquo qui sit inferior à principe quòd extra territorium non pōt exercere iutisdictionem voluntariam: secus si à principe dignitatem prætenderet vt hac l. in fi. † Dixi in l. non aliter. de adopt. quam lego cū l. nec ei. §. primo quòd tabellio potest creari ab alio quàm à principe, vt ibi secundùm Gulie. de Cu. Modò tabellio est creatus secundùm formam huius ciuitatis & ipsius statuti: an poterit extra territoriū ciuitatis illius condere instrumenta? Et vide detur tex. hic quòd non: cùm talis tabellio hoc habeat ab inferiore à principe, licet hoc sit de iurisdictione voluntaria. Dico tamē q̄ instrumenta in illo loco facta vbiq; valent: vt l. prima C. de eman. lib. secus si tabellio prætenderet officium à papa, vel à principe, vel comitibus quia faciunt principis authoritate: & tuncvbicunq; possunt. Pro hoc est glos. infrà de excu. tu. l. non solū. §. & qui in testamento vt no. Spe. in titu. de instr. edi. §. restat. ver. quid de huiusmodi & ver. & nota quòd tabellio. & dixi in d. lege non aliter suprà de adop. aliàs est in lege nec ei. §. eorum. eodem titul. Et hoc modo potest intelligi quod hic dicitur.

1 ☞ *Officialis non debet ducere uxore secum, & ducens tenetur pro ea.*

2 *Dictio, debet, ponitur pro, potest.*

3 *Officialis uadens aliquo, potest pro se dimittere uicarium, & quando nu. 5.*

4 *Ratihabitio quomodo æquiparetur mandato.*

5 *Rector uel Potestas anta ingressum officij, an posit consti tuere uicarium.*

6 *Acta facta coram aliquo tanquam delegato qui non erat: eti à sequuta ratificatione delegare debentis suntnulla*

8 † quæ causæ possunt delegari, & quæ non dic quòd quædam sunt causæ determinandæ per diffinitiuam sententiam, continentem absolutionem vel condemnationem: quædam sunt determinandæ per decretum continens missionem. Primum membrum distingue in tria membra principalia: quia aut nos loquimur in causis criminalibus, aut status, aut in pecuniarijs. Si in pecuniarijs aut à trecentis aureis infra: & tunc quia competit iure magistratus potest delegare, vt in authentico, de manda. princip. §. & iudicare. collatio. iij. Aut à trecentis aureis supra: & tunc aut quæris an possit delegari in totum: & dico quòd non, nisi ex causa iusti impedimēti. Aut quæris an possit delegari quo ad processum: & dico quòd sic: quia potest subsistente causa ex mera voluntate dignitatis, vt C. de peda. iudi. l. placet. in princip. debet tamen delegans audire causam in principio semel, in medio semel, & semel in fine, vt in authentic. ad hæc. C. de iu. Sed quæ est ratio quare causæ pecuniarię à trecentis aureis supra nō possunt delegari interdū, nisi ex cā? Aliquę gl. dicūt quòd sunt misti Imperij: sed veritas est quòd oīs cā pecuniaria est iurisdictionis, vt no. p glo. j. ad municipa. l. inter conuenientes. vbi dicit quòd nō pōt fieri prorogatio iurisdictionis ad Imperiū, sed solùm de iurisdictione ad

a ¶ §. sexaginta. Et aduerte: quia cõcedo q̃ d. §. sexaginta. velit q̃ tali tempore libellus possit dari iudici: nõ autem produci parti, nec super eo procedi. de quo vide mod. in l. j. §. nunciatio. j. de ope. no. nuncia. & sic Bar. hic non videtur bene intellexisse illũ textum.

iurisdictionem. per quam glos. determinatur q̃ causa pecuniaria cuiuscunq̃ quantitatis sit iurisdictionis, quæ est satis singularis glo. Quæ ergo est ratio q̃ istæ causæ nõ possunt delegari? Veritas est q̃ propter sui arduitatẽ. Cùm enim de maximo dãno agatur, iura commiserunt maioribus magistratibus: ideo non possunt delegari: vt l. j. de officio eius. Aut loquimur in causis status: et tunc si loquimur in ingenuitate & libertate nõ potest delegari: vt l. placet. in fi. C. de peda. iudic. Aut loquimur in causis seruitutis, & libertatis, & potest delegari, cùm competat iure magistratus: vt l. iãdudum. C. vbi causæ status. Sed quæ est ratio? Nam ista causa seruitutis est magis ardua, q̃ causa patronatus: & sic videtur delegabilis. Ratio verò est, quia ex parte eius qui agit, ista est pecuniaria: sicut si peteret bouẽ vel asinũ, ideo ad instar causarum pecuniarum procedit delegatio. Sed vbi agitur de causa patronatus, hoc non cõtinet interesse pecuniarium: vt l. j. j. qui. ad li. pro. non licet. & in l. naturalis. in fi. j. de præscri. verbis. Aut loquimur in causis criminalibus: & tunc aut venit imponenda modica coërtio: & sunt delegabiles. Quod patet: quia cõpetunt omnibus magistratibus iure magistratus: & apparet q̃ possunt sic delegari, vt l. si quid. j. eodem. & l. finali. infrà, de offi. præfe. vigi. Aut venit imponenda magna coërtio, vt amissionis vitæ, vel membri: tũc non sunt delegabiles. Fallit in procõsule: quia potest delegare ex permissione & sententia legis, vt l. solent. §. eo. Item fallit ratione absentiæ, vbi permittitur quod delegatur: non tamen in toto, sed quo ad processum tantũ: vt l. j. §. huius rei. infrà, de offi. eius. Secus dicemus in substituto in locum mortui vel absentis ab eo qui habet potestatem substituendi: quia cùm ille sit ordinarius, & habeat iurisdictionem vel imperium: sicut ille, in cuius locum substitutus est, poterit procedere ad impositionem dictarum pœnarum. Facit l. quæsitũ. j. de tute. Aut loquimur in causis mediocribus, in quibus coërtio venit imponenda: & tunc nõ potest delegare sine causa: sic subsistente potest in totũ delegare: vt in auc. de col. §. ad hæc prohibemus. & facit §. eo. l. aliquãdo. In secundo genere causarum quæ expediunt per modum decreti, recurritur ad hanc glo. quia aut exigunt plenã causæ cognitionem, & non possunt delegari. Fallit in restitutionem integrum. Item fallit in datione tutoris: quæ delegatur aliàs habẽti iurisdictionẽ: vt l. ius dandi. j. de tut. & cura. da. ab his. Aut exigũt semiplenã causæ cognitionem: & tũc possunt delegari: vt l. j. §. j. j. de officio eius. Nã missio ex primo decreto potest demandari. Sed missio ex secundo non, vt transeat iurisdictio in delegatũ. Ratio est ex præmissis: quia ad missionẽ ex primo decreto deuenit ex summaria cognitione, & semiplena, nõ ad secundum, vt l. iubere cauere. j. de iurisdi. om. iu. & l. j. & iij. §. duas. j. de dã. infect. Vnũ modũ vide quare vbi proceditur per officiũ iudicis, magis prohibetur delegatio, quã vbi iure actionis. Istud non soluunt doct. Sed ego dico q̃ quando per officium iudicis proceditur, electa videtur industria ordinarij: sed vbi proceditur p viam actionis, nõ est sic. Et hoc probo per id quod dicitur alibi, q̃ si delegatur alicui à papa vel Imperatore cognitio inter partes, q̃ potest delegare: quia est delegatus à principe. Sed vbi committitur vt cognoscat per officium, vbi pars non est promotor: tunc sua industria videt electa, vt teneat locũ partis. quod ideo est nũc: qa nũc nõ est actor: & ideo non potest subdelegare. Iste est casus in capitulo fina. extra, de offi. deleg. Et vide quod notat hic Iaco. Butri. & Iaco. de Are. in l. placet. C. de ped. iudi. & no. extra, de offi. vica. in c. licet. lib. vj. & quod no. j. de probatio. l. ab ea parte. in fin. Item adde q̃ de iure canonico cauę Imperij sunt delegabiles, vt extra, de officio ordi. c. quod sedem. de rapto. c. in archiepiscopatu. & hæc vera in mediocribus causis. secus in magnis. Dic vt no. xv. q. j. vbi omnino videas. Sequitur in glo. de senten. ex breui. reci. l. j. Vel dic q̃ si apparet q̃ sententia est scripta, & non apparet lata, q̃ nõ valet, vt gl. & Iaco. de Are. in l. fideicommissa. j. de leg. iij. & Inn. in c. cùm in iure. extra, de officio delegati. & dixi in l. aliàs. j. de iureiuran. Modò sequitur in glo. vel vt ipse cognoscat & c. Dic ordinariè. Et sic nota † quòd sola sententia non potest delegari: cũ sit necesse quòd ille qui fert sententiam cognoscat & audiat causam, vt C. de iudic. aut. ad hæc. tamen licet hoc de iure ciuili non

9

possit, vt §. de offic. consul. l. j. de iure verò Canonico non procedit: quia potest delegari sola sententia, vt in c. super quæstionũ. extra, de offi. deleg. Aliæ glo. legunt illud c. secundo modo, vt ordinarius non possit committere totum processum vsq̃ ad sententiam ferendam: tamen de suo consilio potest duntaxat: quia dum dicit, delegamus tibi talem causam vt pronuncies et proferas de nostro consilio. Et dic quòd sic: quia hoc non est contra substantiam commissionis. Ita no. extra, de offi. deleg. c. fi pro debilitate.

10 facit j. de offi. præsi. l. diuus. circa medium. † Quæro circa prædicta, quid si in delegatione est adiecta clausula, sententiam proferas nisi reuocauero: an videatur delegata sententiæ prolatio? Innocen. extra, de offic. delega. c. fi pro debilitate. videtur dicere q̃ non, in prin. glo. sed finaliter dicit quòd sic, nisi ordinarius reuocauerit. Contrarium videbatur: quia dictio, nisi, importat conditionem, ideoq̃ nihil videbant actitata valere. Sed Canonistę dicunt contrarium, q̃ valent actitata ante reuocationem per dictũ Innocen. Iac. de Aret. & Cy. legunt istum §. septimo modo, iudex non potest alicui mandare per literas suas quòd aliquid det vel faciat alteri in his quæ requirunt causę cognitionem, vt quia relaxet Titio possessionem suam, vel quòd soluat Titio certum quid. Istud enim mandatum, & istæ literæ nullæ sunt, vt C. vnde vi. l. meminerint. & C. si per vim vel alio modo. l. fi. & adde ad

11 hoc quæstionem not. in l. fi. §. fina. quod met. cau. † Iuxta prædicta quæro quid si literæ sunt iustificatæ per clausulam, & si senseris te grauatum, compareas corã nobis recepturus iustitiæ cõplementum. Dico q̃ quædam sunt quæ ex sui natura extra ordinem præcipiuntur, & ad extraiudicialia pertinent: & in his quæ pertinent ad suum officium debet pareri suis literis: vt j. de pub. l. si publicanus. §. j. Quædam sunt quæ causa cognita debent expediri, & in omnibus istis si constat de cognitione valẽt: quia ante non habet iustificare præceptum, vt in nostro §. Aut non constat de cognitione: & tunc quo ad ea de quibus non constat non habet iustificare factum in iudicio. Dico tamen quòd sola comparitio sufficit ad impediendum tale factum, seu actitatum iudicis: statim enim cùm comparet, apparet de contradictione. Si autem nõ comparet, staretur ei quod factum est per iudicẽ. Quod probo per l. ergo. §. si bona. de fideicõ. lib. & l. fi. de edic. di. Adri. tol. Et omnino videas no. per Innoc. extra, de coha. cle. & mulie. c. tua. in glos. magna. in ver. item monitio iudicis. & videas optimam glo. in l. de pupillo. §. meminisse. j. de no. ope. nun. in glo. in versi. eum. dicitur ibi quòd præceptum potest fieri absenti. & iustificari per illam clausulam, & si senseris te grauatum. quod no.

12 perpetuo. † Vltimò quæro circa hoc an in executione sententiæ sit pars citanda. Dic aut mera est executio: & non debet pars citari, vt l. qui restituere. infrà, de rei venditione. aut est mista; & tunc debet pars citari: & adde in l. si præses. C. de senten. Additio.

1 ☞ *Clausula de plano, in rescripto apposita, quid importet.*
2 *Litis contestatio q̃ requiratur in causis summarijs.*

De plano.

Proconsul de plano cognoscit inter parentes, & liberos, patronos & libertos, obsequia non præstantes. hoc dicit. † Nota glossa, quæ est hic, quòd de plano est dicere, sine processu & causæ cognitione. Opponitur

2 de l. miles. §. sexaginta. ª infrà, ad legem Iuliam. de adulteriis. vbi dicit textus, de plano. & tamen libellus ibi requiritur. Item sentit glossa in l. ij. §. dies. infrà, quis ordo in bonorum possessione seruetur. Quid dicemus? Dicas secundùm Gulielmum de Cug. quòd quandoque causa est leuissima: & tunc si statutum vel lex vtitur hoc verbo, de plano, & c. non requiritur libellus, vt hic. Aut quæstio non est leuis, sed grauis: & tunc requiritur libellus. Ita debet intelligi dictus §. sexaginta. & quod nota infrà, de feriis. l. j. post prin. Si dicas, quid ergo operabunt hæc verba, de plano, & c. dic q̃ p hæc verba, de plano, & c. poterit dilationes abbreuiare, alia, nõ tñ substãtialia omittere. Sic aliàs videmus in seruo, cui remittit rationũ redditio: qa hoc operat ne scrupulosa fiat exactio: vt infrà, de legatis primo. lege, si seruus vetitus. Et licet iudex aliàs nõ potuisset procedere tempore feriato: isto casu poterit procedere, non tamen introducto in honorem Dei. Et ita debet intelligi dictus §. sexaginta. Facit ad hoc quod no. j. de fer. l. si feriatis. Item operabuntur: quia posito quòd iudex te

a ¶ In summarijs. vide Bar. in l. si cõstãte. C. iiij. q. iij. q. principalis. j. solu. mat. Adde q̃ not. Bar. in l. iij. in iij. q. in princ. C. de pig. vide Bal. in auc. offerat. C. de lit. conte. in auc. qui semel C. quomodo et qñ iu. dũ allegat gl. in c. per venerabilẽ. qui filij sint legi. Bald. in l. iudices. C. de iudi. & de materia huius §. vide Bart. in l. si in lege. in prin. j. loc. & in l. filiusfa. in prin. j. de do. Et quis possit causam hoc modo cõmittere, vide glo. in c. fi. de hære. in vj. de cuius intellectu, p Ino. in l. nemo põt. de leg. j. Et illam refert Ange. in q. sua, Astensis miles. post medium. per Bald. in hac l. in §. fi. & an in causa de plano requiratur libellus lit. conte. & alia, vide no. Bal. in d. §. similiq̃ modo. & vide omnino quæ dixi in l. j. §. fi. de prætо. stip. & quid in causa alimentorũ, vide Guli. de Suza. in l. de alimen. C. de transact.

b ¶ Opprimantur. Sed quæ dicantur miserabiles personæ, dic relinqui arbitrio iudicis, secundũ Petr. de Bella per. in l. j. C. de col. & Mart. in tractatibus de carcere. & in l. j. C. quãdo Impera. inter pup. et vid. Adde Paul. de Castr. in l. j. C. quãdo Impera. inter pupillos & viduas.

c ¶ Not. quòd iudex. Adde Bal. in l. nulli licere. C. de epis. & cle. & Ang. in d. §. si autem. Lu. Ro. in auc. similiter. C. ad legẽ falci. dixi in ca. nos quidem. de testa. dixi in c. fi heredes. de test. ibi vide plenè Hostiẽ. Io. And. do. Pet. Bal. in auc. hoc amplius. C. de fideicõ. Lu. Ro. in consil. lxvij. facit l. ciuitati bus. & ibi Bal. post Barto. de leg. j. Vide Lud. Ro. in consil. lxviij. inci viso qõ. nis themate. vbi dicit quòd põt quilibet de populo agere. vide Bar. in consil. xvj. vbi dicit qd̃ legatũ ad pias causas non recipit dilationem nec requirit interpellationem. vi de ibi And. Barb.

↠ P. P A V. P.

e ¶ Quod iudex. vide Bar. in c. nos qdã. iij. viij. col. extra de testa. & in consi. j. vol. iiij. in secũdo dubio: vbi ait q̃ spectat ad vtrũq; iudicẽ, tã ecclesiasticum quã secularẽ executio ad pias causas.

dex teneatur seruare morem maiorum et in loco consueto iudicare: hoc casu poterit alibi iudicare: arg. l. voluit. §. j. & ibi no. j. de interro. act. de quibus omnibus ibi plenè dicetur: & ideo vide: quia omnia ista & plura alia bona circa hanc materiam ponuntur in c. sæpe. extra de ver. sig. in cle. Quæro si in rescripto cõtinetur q̃ procedatur de plano sine strepitu & figura iudicij: nunquid hoc casu erit necessarius libellus? Breuiter secundùm Guli. dico q̃ non. Ratio: quia figura iudicij denotat hoc, scilicet q̃ ea quæ partes dicunt corã iudice, redigant in actis & etiam in scriptura: vt est tex. no. in §. simi lique modo. in l. j. C. de Lat. liber. tolen. Vn de quãdo remittitur figura iudicij, videtur esse remissa porrectio libelli: argu. d. l. & dic vt in d. c. sæpe. † Quæro, nunquid in summa

2 rijs requiratur litis contesta. Et videtur qd̃ sic. nã in actione ad exhibẽdum summariè cognoscitur: vt j. ad exhi. l. iij. §. sciendum. et tamen lis in ea contestatur vt l. tigni. §. fi. eo. ti. ideo requiritur litis contest. & de hoc no. in Spe. in tit. de offi. iudi. §. fi. secundũ Ioan. fa. cuius tractatus est positus illic.

☞ *Iudex exercet officium suum, licet non petatur.*
Iudex petit legata ad pias causas etiam nemine petente.
Adde Archi. in c. j. col. pe. de probatio.
Pro relictis factis fratribus minoribꝰ iudex ex officio suo etiam ad petitionem alterius coget hæredem.

Obseruare.

Procõsul ordinem seruare debet circa aduocatos audiendos: & non habentibus aduocatos dare debet: & curare debet ne imbecilles à potẽtibus opprimatur. h. d. vsq̃ ad fi. Plerũque, id est maximè. No. q̃ iudex exercet officium suum † licet non petatur: sicut aliàs in appellatione, vt C. de appel. l. eos. §. fi. Itẽ alias iudex curare debet vt relicta ad pias causas prestenẽ, si hæres est negligẽs in soluendo, vel episcopus sit in hoc negligẽs, & non petantur ab aliquo. De hoc est text. in auc. de eccle. tit. §. si autẽ. col. ix. quod no. Et valet, † qd̃ licet fratres minores non sint capaces relictorum, vt in c. exiui de paradiso. extra de verbo. signifi. in Cle. & si nõ possunt petere, cõsulitur eis officio iudicis, vel ad petionem cuiuscunq̃ petẽtis, vel ex suo officio. Ad idem facit. l. Quintus. in fin. j. de annu. le. & j. de peti. hær. l. hæreditas.

☞ *Dictio usq;, denotat cohærẽtiã. & quo ponatur. nu. 6.*
Officialibus mutatis, non mutatur officium.
Arbitrium datũ officiali an duret eo in officio cõfirmato.
Statutum puniens aggredientem aliquem in domo q̃ comprehendit aggredientem coram ostio uel portici.
Statutum puniens assalientem ad domum, comprehendit assalientem ad apothecam.

Meminisse.

Hoc principiũ est optimum. et dicit in summa quòd proconsul debet de causis cognoscere, & omnia agere vsq̃ ad aduẽtũ successorũ. Et no † de dictione vsq̃ quę denotat separatio nẽ aliàs cohærẽtiã. sicut aliàs dictio à vel ab denotat separationem: vt j. de act. emp. l. ratio. §. fin. j. de duo. re. l. ex duobus. not. text. ibi, cùm sit vnus proconsulatus & c. Oppo. ad hanc lege, dicitur hic quòd vsque ad

g aduentum iudicat: imò expirat officium per aduentum successoris: vt infrà, titu. proxi.

lege, j. ergo à modo nil poterit facere, & dicitur priuata persona: vt infrà. de iurisdi. om.

h iu. l. eũ qui. Respodet glos. h not. quòd hoc est, quia non dicitur officium finitum, nec dicitur priuatus, donec successor venerit. Vnde contrarium dicit glos. quòd licet sit finitum tempus, tamen non est priuata persona. Item not. † quòd licet mutentur officiales, tamen officium dicitur esse idem: & multò magis si non mutentur personæ, sed idem officialis reconfirmetur in officio: argu. j. de preca. l. sed & si manente. Et valet

i 3 ad quæstionem, quòd si circa quædã † fuit datum arbitrium Potestati huius ciuitatis, nunquid eo confirmato in officio prosequẽti tempore illud arbitrium habeat? Et videtur quòd non. Ista pars videtur vera, per rationes quas ponit Cyn. in j. quæstio. quia illud officium & arbitrium expirauit, vt d. l. sed & si manente. j. de preca. & l. si do. §. fin.

4 j. de do. inter vi. & vxo. † Item inducitur in

k ar. ad q. dicit statutum q̃ si quis aggreditur aliquen in domo sua puniatur in tantum. modo quidam aggressus fuit eũ corã ostio vel porticu: an incidat in pœnam statuti? Et allegat ibi Ricar. Malum. quòd sic, ibi: vsque ad aduentum successoris. & dictio,

l ad, denotat cohærentiam, adeo vt omnis locus domui cohærens dicitur de domo. Pro hoc facit l. prædijs. §. pe. & fi. j. de leg. iij. Ad idẽ l. itẽ apud labeonum. §. conuitium. ver. proinde. j. de iniurijs. Vide gl. & quod ibi scripsi in l. quidam Iberus. j. de ser. vrb. præ

5 di. † Quero qd si statutũ dicit ad domũ assam lierit, & c. ipse assaliuit eum ad apothecã: an incidat in pœnã? Pro hoc vide l. l. C or. §. fi. j. de iniur. Et vide dictum. §. conuitium. & vers. proinde. qui facere videntur contra

6 glos. † Quero, qualiter hæc dictio vsque, hic ponatur. Et videtur quòd ponatur in cluſiuè. Sed contra, imò videtur quòd ponatur excluſiuè hic, vt infra an per aliũ

n causæ appell. lege, prima. §. finautem. Quid dicendum? Cyn. in lege, à calligato. C. de nup. dicit hæc verba: quòd aut profertur à lege, aut ab homine. Si ab homine, tunc aut si poneretur incluſiuè, contineret odiũ: & tunc ponitur excluſiuè. Secus si contine ret fauorem, vt ibi per eum not. Et pro hoc est gl. j. de dolo. l. idẽ est. Et pro declaratione huius, dic secundùm Guli. quòd quandoque ponitur obsoluerè, vt lege, fina. C. de reuo domino. Quandoque ponitur respectiuè: & tunc aliquando adijcitur tempus, vt puta vsque ad calendas. Quãdoque locus, vt vsque ad talem locum. Quandoque annus, vt vsque ad xiij. annos. Quãdoque gradus, vt à patricijs vsque ad consules, & tales: Si tempus: tunc ponitur incluſiuè, vt l. eum qui calendis. de verbo. obli. nisi alia ratio suaderet cõtrarium, vt puta, do tibi decẽ pro carnibus. vsq̃ ad diem Veneris: isto casu ratio suaderet quòd poneretur excluſiuè. Sicut etiam in similibus quando dico, do tutorem filio meo vsque ad pubertatem: tunc vsque, non poneretur incluſiuè: quia per pubertatem finitur tutela: vt Insti. qui. mo. tu. fina. in princip. Si verò adijciatur locus: tunc dictio vsque, ponitur incluſiuè: vt primà. de lega. iij. lexe, patronus. q̃ lege. pe. j. de flumi. nisi alia ratio suaderet contrarium quòd poneretur excluſiuè, vt puta, vendo tibi fundum meum vsque ad talem domum: an domus comprehendatur? Certè non, secundùm Guli. Quod intellige secundùm determinationem Dyn. puta quòd habeatur respectus ad pretium rei, vt ipse no. in d. l. patronus. §. j. j. de le. iij. & l. filiusfa. §. j. j. de le. j. Et idẽ in alijs quãdo adijceret gradus: vt l. fi. §. de senato. Simile not. in numero, vt l. si cùm prefinitiõe. j. quãdo dies leg. ced. qa semper poneretur incluſiuè, licet ratio suadeat qd̃ ponẽ excluſiuè. Et ita pòt intelligi d. l. j. §. si aũt. j. an

§ ¶ POMATES.
¶ Ad aliàs iudex. Vide Barba. consi. viij. in j. volu. & consil. xij. eo. volu.
¶ Fratres minores. Adde omnino Bar. in l. ciuitatibus. j. de lega. j.
↠ P. P A V. P.
¶ Meminisse. vide Ro. sing. cccxcij. incip. Iex meminisse. vbi dicit quòd debet habere salarium pro toto tempore, p̃ q̃ exercuit officiũ nõ aduentẽ successore.
¶ Aduentũ successoris. Rector potest exercere vsque ad aduentum sui successoris. vide quæ scripsi in l. eum. j. de iurisdi. om. iudicum. post Fulg.
§ POMATES.
¶ Rñdet gl. idẽ tenet Ang. in §. itẽ si in iudicio. in vj. co. Instit. de act. Car. in repetit. l. nec quicquã. §. proxi. ff. eo.
¶ Ad q. Vide pro de cisione Bart. hic quę ipse no. in l. iij. ff pri. j. de dã. infec.
¶ Dicit statutum. Vide per Bartol. & doct. in l. cætera. §. hoc senatusconsultum. cum seq. de lega. primo.
§ POMATES.
¶ Dictio ad. Vide Alex. & Aret. in l. si cui. in pri. post Bart. ibi. ff. de lega. j. Ale. in l. cætera. §. hoc senatus. de le. j.
¶ Domũ assalierit. Vide moder. ff. l. pleriq; que. infrà, de in ius vocan.
¶ Dictio vsque. Vide omnino de istis dictionibus & his dictis in lege, à calligato. C. de nuptijs. adde Oldr. consilio xlix.

b ¶ S legatum. Dematería iſtius §. vide in l.j.C. vt omnes tã ciuiles quã criminales. ☞ POMATES.

b ¶ Procõſul. Vide Areti. in l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.de lega.j. Alex.l. ſi qs poſthumos.in prin. de liber. & poſthu.

c ¶ Ad q. Sed Bal. poſt Cy. in l.iij.§.j.ff. de tute. videẽ tenere q debeat diuidi illud lucrum. Vide Cy. in d. l.dies feſtos. & Cyn. & Imo. in d.l. qui ſolidum.§.cùm poſt. de lega.ij. latiſsimè quæ ſcripſi in l. ſi ita ſcriptũ.de libe. & poſth.

per alium cau.ap.& l.j.in prin.j.ad l.falci.

a **Legatum.** Proconſul non debet remittere legatum ſuũ, antequam de prouincia recedat. h. d. Et ſic no. q ante ſyndicatum non debet officialis ſuos officiales remittere.

Si quid. Cauſa, quæ animadueríionẽ requirit, nõ ſpectat ad legatũ procõſulis. h.d. & hoc modo intelligas hanc l.

Legatus. Hæc lex habet dupli cẽ intellectum & litteram: vnã negatiuã, & aliã affirmatiuam. Si negatiua eſt, op. de, l. cùm prætor. §. j.j. de iudic. Dic q ſi eſt legatus ad plures cauſas: tũc vnã cauſam põt delegare, vt in contrario. Secus ſi ad vnã cauſam tantũ eſſet delegatus: quia tunc illam non põt delegare: & hoc modo loquitur hic. Pro hoc l. à iudice. C. de iud. Alij habent literam affirmatiuam: & tunc oppo. de l. à iudice. C. de iudi. Sol. Regulariter delegatus nõ delegat, vt ibi Fallit in delegato à príncipe, & in delegato proconſulis, vt hic dicitur. Si habes literam affirmatiuam, & ſic vtraq; procedit.

1 ☞ *Cardinales legati tenent locum proconſulis.*
2 *Delegatus principis uel cardinalium legatorum quomodo poſsit ſubdelegare.*
3 *Argumentum de iudice ad procuratorem q; non procedit.*
4 *Delegatus ad uniuerſitatem cauſarum quis dicatur.*
5 *Delegatus ſubdelegans quando poſsit reuocare.*
6 *Delegatus ad unam cauſam non poteſt delegare certum articulum: niſi ſit delegatus Principis.*
7 *Delegatus ab inferiore à Principe in caſu impedimenti etiam non ſubdelegat.*

Legatus. Duobus modis legitur: quia habet duas literas: vna eſt negatiua: alia eſt affirmatiua. In glo. j. ibi: in delegato. non reperitur quicquã. Dicunt ergo iſti q delegatus proconſulis, cùm ſit delegatus, facit ſpeciali permiſsione principis, quod intelligãt delegatus à príncipe, ideo ſubdelegat. Pro hoc facit alia ratio: quia iuriſdictio delegata, quæ eſt in legato proconſulis, eſt fortior q̃ iuriſdictio delegata quæ eſt in legatis aliorum: vt l. ſolent. §. fi. aliàs ſic, vt ſ. eod. Et ex iſta ſecunda opinione no. † q legati Cardinales, ſ. qui mittuntur ab eccleſia Romana, tenent locum proconſulis. ergo delegatus. Cardinalium poteſt alteri ſubdelegare. Idem not. j. de iuriſdi. omnium iudi. l. more maiorum. Sed iſta opinio † vide tur contra rationem. Nam cùm delegatus cognoſcat authoritate aliena. Aut ergo vult ſubdelegare authoritate aliena: & hoc non poteſt: quia eſt radicata in ordinario. Aut authoritate propria: & hoc etiam nõ poteſt: quia eam non habet. Iſta ratio ponitur j. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdictio. l.j.§. qui mandatam. & j. de iuriſdictio. om. iu. l. & quia. & l. more. Quę ratio ita habet locum in legato proconſulis, ſicut in alio legato. Et cùm iſta ratio habeat locum in delegato ad vniuerſitatẽ cauſarum, videtur q nec ipſe delegare poſſet. & quia idem operatur generale ad genus, ſicut ſpeciale ad ſpeciem. & hoc tenet Pet. in l. imperium. j. de iuriſdi. om. iudi. Reſpon. imò poteſt: quia cùm ei generaliter iuriſdictio ſit conceſſa, etiam hoc videt conceſſum vt poſsit delegare. Nam & hæc eſt ſpecies iuriſdictionis: vt d.l. imperium. in fi. Ergo conceſſo vniuerſali, hoc conceſſum videtur. Not. Azo in ſumma, de iuriſdi. om. iu.§. delegata. ergo ordinarius ſpecialiter poſſet cõcedere delegato vt ſubdeleget. quod eſt verum, argumen. not. in l. cùm eſſent. de ſer. ruſti. prædi. ſequitur in gloſ. l. & quia. idem tenet ibi glo. & in l.j.§.j.j. quis & à quo appella. Odofre. reprobat iſtam opinionem per l. iudicium ſoluitur j. de iudi. & Cyn. in l. à iudice. C. de iudic. Nec † eſt bona comparatio de iudice ad procuratorem: quia procurator per conteſtationem efficitur dominus litis: quia obligat ſe inſtantiæ, & ſi non adeſſet in iudicio, poſſet puniri ex hoc: vt l.j. C. de procurato. & j. ſi quis ius di. non obtempera. l.j.j. de procurato. l. ſi defunctus. aliàs l.j.§. ſi procurator. j. ſi quis ius dicenti. &c. Sed nõ eſt ita in iudice. Vnde cùm iudex nihil ſibi appropriet per conteſtationẽ: ita modicum poteſt poſt conteſtationem ſicut ante. Sequitur in glo. demandat vnam. vel hic loquitur communis ratio: quare vnam delegare poteſt: quia habet inſtar ordinarij. Vel dic vt j. de officio præſidis. l. ſæpe. in gloſ. quæ incipit, nam non. in fine. vbi videtur colligi alia ratio.

4 Et adde † quòd ille intelligitur ad vniuerſitatem cauſarum delegatus, quando genus cauſarum cõmittitur ſub vno nomine collectiuo: nec eſt neceſſe quòd iſtud genus ſit generaliſsimum, ſed ſufficit quòd ſit ſubalternum, & reſtrictiuum, vel tempore, vel quantitate: vt, committo tibi cauſas à decem libris Peruſinorum infrà. Vel loco: vt committo tibi omnes cauſas talis loci. Sinautẽ eſſet coarctata reſpectu perſonarum enarratarum, vt puta, committo tibi cauſas inter Titium & Seium, inter Marcum & Conradum, & inter Bal. & Ange. & Chriſtophorum: tunc iſta delegatio non eſſet in vniuerſitate cauſarum, ſed ad plures numeratas ſpecies: vt j. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ſecundùm Gulielmum qui ita no. C. de iudic. l. à iudice. In hoc vltimo ego dubito quòd ſi omnes cauſæ inter Titium & Martinum committuntur, iſta commiſsio etiam eſt generalis, in genere ſubalterno: & poteſt ſtare interueniente augmento vel diminutione, quę eſt inter cauſas: per quod datur intelligi quòd eſt vniuerſalis, ex quo poteſt recipere augmentum, & diminutionem, ſtante ſignificato vniuerſalis commiſsionis. Iſtud notant doctores in ſimili, infrà, de fundo inſtru. l. Lucius. † Sed pone quòd delegatus ſubdelegat: nũquid poſsit reuocare ſicut ordinarius poteſt? Reſpõ. Aut ſubdelegat in totum, & non poteſt reuocare. Aut aliqua ſibi reſeruat de iuriſdictione, vel purè, vel ſub conditione: & tunc poteſt ſecundùm Innocen. qui ita not. extra, de offic. delega. c. ſi pro debilitate. Tamen not. quòd duo ſunt delegati qui poſſunt ſubdelegare, ſcilicet delegatus principis: & in iſto procedit iſta diffinitio. & delegatus ad vniuerſitatem: & in iſto non procedit iſta diffinitio: quia ille non ſemper manet iudex ſubdelegatus in totum, ſed quo ad certam ſpeciem. vt hic not. Et ideo ſi totã vnã cauſam commiſerit, liberè reuocat: quia eius delegatio procedit authoritate ſui delegantis ad vniuerſitatem cauſarum. Sec an de

6 legatus † ad vnam cauſam poſsit ſubdelegare certum articulum cauſæ. Et dico quòd non, niſi delegatus à príncipe. vbi diſtinguitur quòd aut commiſsio fuit ita facta quòd tranſit iuriſdictio delegata, & poteſt ſubdelegare. Aut merum factum fuit ſibi commiſſum, & non poteſt alteri ſubdelegare: quia non eſt iudex delegatus, ſed nudus miniſter. Si autẽ vno reſpectu eſſet merus miniſter, alio reſpectu haberet iuriſdictionẽ delegatam, quatenus habet iuriſdictionem delegatam poteſt delegare, ſecũdùm Inno. qui ita not. in c. fi. extra, de offi. deleg. & extra, de re iu. cùm Bertoldus. Dicit etiam Innoc. in d.c. quòd vbi committitur aliquod factum explicandum extra iudicium, q non poteſt alteri cõmittere, maximè ſi eſt electa induſtria perſonæ: quia tale miniſterij cohæret perſonæ, vt l.j.§. ne autem. C. de cadu. tol. Et ſcias, quòd ideo delegatus à príncipe ſubdelegat: quia cùm habet iuriſdictionem immediatè ab eo qui dat ordinariam, iſta iuriſdictio ſapit de vi ordinariæ, vt d.l. à iudice. † Sed quæro an in caſu impedimenti delegatus ab alio quàm à príncipe poterit ſubdelegare. Dic quòd non ſed reuertitur ad ordinarium, vt in authen. vt de fun. ſeu fune. §. illud. Et eſt caſus in l. prætor. §. ſi poſt cauſam. de vaca. mu. Et hic adde quod plenè no. per Innocen. in c. allegato. Sequitur in gloſ. ſecundùm aliam lecturam: dic prout habes literam negatiuam, quod intellige non ſubdelegat vniuerſitatem cauſarum. Vel intellige vt non ſubdeleget cauſam, ſcilicet nomi natim ſibi demandatam inter cæteras, quaſi in ea ſit delegatus, vt ad certam cauſam, non ad vniuerſitatem cauſarum, vt infrà, de verbo. oblig. l. doli clauſula. Addi.

Legati. No. pro eo quod dixi in l. meminiſſe. ſ. eo. q non dicitur officium finitum, niſi aduenerit ſucceſſor, & hoc etiam ſi non ſit confirmatus. Oppo. ad hoc quòd dicitur, q non habet proprium. contra l.j.§. qui mandatam. j. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio. Sol. Ibi not. quia proprium non habet ordinarium, vt hic: ſed delegatum habet, vt ibi dicitur.

1 ☞ *Archipresbyter, qui ex conſuetudine habet oblationes factas in die dominica, & ſi crista in die ſancti Laurentij, ſi dies ſancti Laurentij uenerit in die dominica, habebit archipresbyter oblationes, non ſacriſta.*
2 *Nimor propter aduentum maioris, non amittit iuriſdictionem.*
3 *Epiſcopus propter aduentum legati cardinalis, non amittit iuriſdictionem.*

Proconſul. Allegatur hæc lex ad quæſtionem. Conſuetudo † eſt in eccleſia ſancti Laurentij, quòd Archipresbyter habeat oblationes

a ¶ Itẽ inducitur. adde d. Card. in c. fin. de fer. vbi aliter loquit. Ego cõtra Bar. allegaui Guli. & Bald. hic, & Ro. qa ſi põt vti iuriſdictiõe præſente matre, et ſic cõ ſequi cõmodũ, eodẽ modo põt colligere oblationes. Et vide glo. in c. deniq. xxj. di. in l. nihil. C. de pa la. fac. lar. lib. xij. & vide quæ ibi remiſi. & gl. ſi l. cũctos. hic allegata. And. Barb. ↠ P. PAV. P.

b ¶ Itẽ inducitur ſ arg. ad quæſtionẽ. vide Barb. in c. valẽtes in v. & vj. col. de offi. deleg. ↠ POMATES.

c ¶ Quid autem. Vide Barba. conſ. xlv. in ſiij. col. ij. volu. ☞ POMATES.

d ¶ Opo. vide Iaſo. l. quanuis. ff. de in ius vocan. ☞ POMATES.

e ¶ Illicitas. vide Feli. in ſimili in c. ij. co. ij. ver. amplia. iij. de conſti. ☞ POMATES.

f ¶ Veritas vide Iaſ. §. ſi vnius. in vj. col. In ſti. de actio. vbi ponit etiã qd in crimilibus. vide per mod. l.j. C. vt quæ deſunt aduocatis. & Imol. conſil. xxiij. ↠ P. PAV. P.

f ¶ Veritas. Not. tamẽ q iudex põt ſe fundare, ad iudicãdũ ẽt ex cõfeſsione facta corã eo, viua voce, licet, nõ ſit redacta ſ ſcriptis, Bal. in l.j. C. de manumiſſ. vind. quẽ refert Feli. ſ c. cũ venerabilis. in xiij. co. extra de exceptio. Ale. in l. ſi is ad quẽ. in pe. co. ff. de acqui. hære. & feli. in c. paſtoralis. in §. qa verò. ſ pe. & vlt. col. de offic. delega. vide alia qua per Iaſ. in l. ij. ff. de in litem iurando.

g ¶ Allegata et proba ta. vide d. Anto. & Imo. in d.c.j. per Io. Cal. in c. paſtoralis. de offi. deleg. Adde Bal. in l.j. C. de vin. di. lib. & apud cõſil. Mat. et omnino quę dixi poſt Barto. in l. j. C. vt quæ deſunt aduoc. & Spec. in ti. de ſen. §. qualiter. verſic. ij. Et iſta faciunt ad pulchrã queſtionẽ, Capitaneus vidit duos rixãtes à feneſtra: ſi nõ mittit familiã, poteſt priuari officio. Et hæc eſt iuſta cauſa priuationis, vt no. Bal. in l.j. §. q es. ã. de offi. prefec. vr. alleg. dictum Cy. in l. ſi ſeruꝰ. C. de noxa. q dictũ loqtur in patre in poteſtate habẽte filiũ rixoſum: quo caſu ſi nõ, puideat, põt lici

latiões dominicales, & ſacriſta eas quę fiũt in feſto ſancti Laurẽtij. Contingit q feſtũ ſancti Laurẽtij venit in die dominico, & cõcludit q oblationes ſunt archipresbyteri. Nã maior eſt dominica quã aliud feſtũ: & inſpicit potius q eſt naturale, quã q §. accidẽtale. ar. l.iij. §. j. de tut. & ſic potius inſpicit dies dominica q̃ feſtũ ſancti Laurentij. Facit ad idem l. dies feſtos. C. de feriis. Itẽ inducitur ſ in argu. ad quæſtionem † quòd minor iudex propter præſentiam maioris amittat ſuam iuriſdictionem. Contra tamẽ eſt in auc. de ſen. ciui. §. nulla. in fi. col. ij. vbi defenſor non amittit iuriſdictionem propter præſentiã præſidis. Ad idem l. cũctos. C. de metatis. lib. xij. Et hæc valent: † quia ſi veniunt hic Cardinales legati, q epiſcopus nihilò minus non amittat iuriſdictionẽ ſuã, vt no. in d.l. cunctos. Dixi etiam in l. iij. §. ſi tam vicinũ. ff. de dã. infec. Quid autem de iure Canonico, vide in c. volentes. extra de offi. leg. Et dic vt ibi dicitur. Bar.

De officio præfecti auguſtalis. Rub.

LEX Vnica.

Præfectus. Præfectus auguſtalis eo ipſo Imperiũ amittit, q ſucceſſor intrauit Alexandr. h. d. vſq; ad finẽ.

De officio præſidis. Rubrica.

LEX I.

Nomen. Appellatione præſidis cõtinetur quicũque rector prouinciæ: & apud ſe talis præſes poteſt manumittere. h. d. cum l. ſeq.

☞ *Quis forum ſortitur ratione delicti.*
Iudex extra prouinciã non habet iuriſdictionem.
Vbi lex non diſtinguit quando diſtinguamus.
Iudex ſubditum de delicto per eum cõmiſſo extra prouinciam punire poteſt.

LEX II.

Præſes. Præſes prouincię cognoſcit de criminibus in ſua prouincia per quoſcũque commiſsis & eos punit, donec eſt in prouincia. h. d. vſque ad fina. In text. ibi: priuatus eſt: quantum ad exercitium. † No. q dixi in ſummario, q rõne delicti quis ſortitur forũ: vt l.j. & authẽ. qua in. puincia. C. vbi de cri. agi opor. & qd vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguemus. Dicitur hic quòd † habetur pro perſona priuat a quando eſt extra ſuam prouiciã. Cõtra de l.ij. ſ. de off. procon. Sol. quantum ad iuriſdictionem cõtẽtioſam habetur pro priuata, vt hic: nõ quãtum ad voluntariã, vt in cõtrario. Opp. ad hãc ſol. de l. ſi. ſ. de off. præfect. vr. Sol. etiã in cõtẽtioſa, licet ſit extra puinciã poteſt inhibere, vel iubere aliũ iudicare, vt in cõtrario: nõ tamẽ habet exercitium iuriſdictionis contentioſæ, vt hic. & allegatur pro quæſtiõe, q iudex maleficiorum, licet ſi extra prouinciam, habet iuriſdictionem, non tamẽ eius exercitium. Opp. † dicitur hic quòd nos non diſtiguemus vbi lex non diſtinguit. contra legem quæſitum infrà. de teſti. ſolut. dico quòd ſi lex diſtinctè loquens diſtinguitur per aliam legẽ: & tunc per eã diſtiguemus, nõ aliter, vt hic. † Quæro hic dicit qd habet cognitionem in homines ſuæ prouinciæ. quid ſi ſubiectus iſtius prouinciæ nõ delinquit in ſua prouincia ſed alibi, an poterit in ſua prouincia puniri? Et videtur quòd non: quia debet puniri in loco delicti, vt in auth. qua in prouincia. Vnde in loco domicilij non debet puniri, ne pro eodem delicto bis puniatur: vt j. nautæ cau. ſta. l. j. In contrarium eſt veritas. Nam & accuſari poteſt corã iudice de ſuo delicto & puniri vt j. de interdi. & rele. l. relegatorum. §. interdicere. & ibi no. & eſt rex: in l.j. C. vbi de cri. agi. opor. Sed nun quid iudex poterit de hoc ingrere, licet ſit h alibi cõmiſſum? De hoc dicã j. de iuriſ. om. iu. l. extra territorũ. Et an ſecundum ſtatutum eius loci puniatur: hanc quæſtionem diſputauit Cy. in ciuitate Senarum.

e **Illicitas.** Not. quæ pertinent ad præſidẽ. Quæro. dicit ſtatutum q iudex de facto debet reſcindere vendiciones factas per minores. poſt hoc ſtatutũ factæ ſunt multæ vẽditiones, & etiam poſt ingreſſum officij ſui: an eas poterit de facto reſcindere? Et videtur qd nõ: quia hic dicit facta nõ faciẽdas. in contrarium eſt veritas: quia intelligitur etiã de factis poſt ſtatutũ. Aliàs lex eſt modici effectus. Natura enim legis eſt ad futura trahi, non ad præterita: vt l. leges. de leges. de legibus. & not. in l. vnica. ff. de condi. ex l. vbi exponit, ſit, ideſt erit: & quia ſemper lex loquitur ſecundùm dominũ meũ, vt l. Arri. C. de hæreticis. Bar.

Veritas. f Allegatur qd iudex de iudicare ſecundùm allegata & p

g bata g, non autem h ſecundũ cõſcientiã. Opp.

h ad hoc de l. ſi irruptiõe. j. fi. regũ. & l. ij. in fi. j. de fur. So. Aut id qd iudex habet in conſcientia, eſt notũ ſibi vt iudici aut tanquam priuatæ perſonę. Primo caſu ſecundùm cõſcientiam ſuam iudicat informatus ex actis coram eo. Et ita poteſt intelligi hic. Aliàs ſi vt priuatæ perſonæ eſt ſibi notum, tũc nõ poteſt iudicare ſecundùm cõſcientiam, ſed ſecundùm probationes ſibi factas. Et de hoc not. in cap. ſecundo. extra de officio ordinarij. vbi ſi iudex iudicat ſecũdũ legem, non peccat, licet contrarium cognoſcat: vt no. per Cy. in l.j. C. vt quæ deſunt aduo. Et ſigna hanc glo. & tene menti.

1 ☞ *Timens ab alio offiendi, poteſt implorare officium iudicis, ut ſibi præſtetur ſecuritas.*
2 *Securitas quid ſit: & quod legitimum præſidium.*
3 *Securitas quotupliciter præſtetur.*
4 *Securitas, de qua hic, debet præſtari & cum fideiuſſoribus, & ſine, inſpecta qualitate præſtare debentis.*
5 *Præſtare debens ſecuritatem de non me offendẽdo, debet etiã præſtare pro amicis & complicibus meis: & q ipſe nec complices ſui me offendent.*
6 *Qui promiſit non offendere, ſi offendit extra territorium, q teneatur.*
7 *Securitas præſtita de me nõ offẽdẽdo, durat arbitrio iudicis.*
8 *Iudex poteſt concedere licentiam timenti, ut ſecũ ducat familiares & ſeruientes.*
9 *Effectus ſecuritatis præſtitæ alicui de non offendẽdo, eſt q acrius puniatur.*
10 *Ex cauſa poteſt bannito concedi ſecuritas: ſed an eam ſeruare teneatur remiſsiue.*

i **Ne potentiores.** i Ad præſidẽ ſpectat ne impotentes à potentibus opprimantur. hoc

k dicit iſte §. Inducitur † in argumen. k ad quæſtionem: quòd ſi aliquis timeat ſe offendi

l ab officio repelli. q ſatis eſt no. authoritate Bal. q tene mẽti perpetuo. facit qd̃ not. Bar. in l.j. in fi. ff. de his q ſunt ſui vel alie. iu. Et vtrum, ex hoc poſsit puniri, vide omnino Gui. de Suza. ſ l.j. C. vt quæ de ſunt aduo. omnino. Bald. in l. nullus. C. de ſum. tri. & fid. cath. Ang. in l.ij. C. de his q ſunt ſui vel alie. iu.

l ¶ Nõ autẽ. Ad illud an iudex teneat iudicare ſecundũ cõſcientiã, vide do. Flo. ſ l. ſi irruptiõe. ad fi. ff. fi. re. vide q no. ſ l. ea. j. de fer. C. de admini. l. tutores. j.q. vij. ca. iudicet. ij. quæſtione j. §. quando verò. Et iſtud procedit in iuriſdictione contentioſa: in voluntaria autem poteſt. Ita intelligitur gl. l. bonorum. C. qui admit. Vide Ioan. Andr. in ti. de diſput. & alle. §. fin. vide Angel. & d. Ioan. in l. à diuo Pio. §. j. ff. de re iudi. Et vide quod no. in capitu. ſi facerdos. de offic. ordi. & ad. de Io. Cal. in cap. paſtoralis. §. quia verò. de offic. delega. quomodo reſpon. det ad iſtũ texi. Andre. Barba.

↠ P. PAV. P.

i ¶ Ne potẽtiores. Inducitur in arg. Adde q not. in l. ſanctum. de re. diui.

k ☞ Vide Iaſ. ſ l. ſi de poſſeſsiõe. C. de trãſac. Anto. Alexand.

a ☞POMATES. ¶Quandoq;. Vide Alex. in rub. ff. de dam. infec.

b ☞POMATES. ¶De ſatiſda. Vide Alex. in l. ij. ſolu. matri.

c ¶A perſona rei. Adde q; ſi timeo vim fieri in poſſeſsione mea, poſſum implorare officiū iudicis, ne mihi vis fiat. l. ſi ſuper poſſeſsioē. et ibi Bal. C. de trāſac. Bar. in l. qui bona. §. q; damni. de dam. infe. & in §. ſi quis iuxta. per Spe. in ti. de ſatiſda. §. ſi. verſ. area. Et de ea quæ præſtat à perſona perſonę: vltra Bar. hic vide etiā per Alex. in cōſ. lxxvij. colum. vj. in v. volumine.

d ¶Quæro nunquid. Limita niſi fuiſſet data ad conſilium ſapiētis. Glo. eſt ſing. in l. ſi mandato Titij. §. ſi. j. manda. Andr. Barbatias.

e ¶Quæro ſi Titius. Vide Bar. in l. qui bona. §. ſi quis iuxta. j. de dam. infec. & quæ ibi dixi i l. capitaliū. §. ſtatus. de pœnis.

☞POMATES. 3

e ¶Quæro ſi Titius. Vide Ang. conſi. xxxiij. incipi. magnifice dñe. Alb. hic in ij. colum. Iaſo. in l. extra territoriū. in ſexta limitatiōe. Sed tu vide cōtrariū ſingulariter p Bal. in l. j. §. huius ſtudij. §. de iuſti. & iure. & Curt. in d. l. extra territorium col. ij. in d. l. vj. limi.

☞P. P. A. V. P. c

f ¶Quæro quanto tēpore. Vide Alex. in l. dies cautionis. in ij. colum. ff. de damno infecto.

g ¶Duret iſta ſecuritas. Dixi poſt Bar. in d. l. qui bona. §. ſi qs iuxta. j. de dam. infe.

Pro intellectu §. ſed nec. q;. in auē. de manda. prin.

☞POMATES.

h ¶Quero, peto. Vide Iaſ. l. prætor. §. etiam is. ff. de eden.

☞POMATES.

i ¶Matthæo de monte polini. Vide Raph. Cuma. conſi. xxxij.

☞P. P. A. V. P.

k ¶Et ideo dic. Vide Com. conſi. xxxij. in cipien. Inculpatus q; contra principē. poſt principium vbi dicit conſilium eſſe quòd apponatur certa pœna. 5

l ¶Sicuti. non imputatur. ſed quid in aduocatis & alijs, vide Guidonem de Suza. in l. j. C. de aduoca. diuer. iudi.

m ¶Qui vniuerſas. poteſt damnare. Sed quid ſi alicui committitur prouincia, ſeu ciuitas ſub protectione & regimine: an per hoc videatur conceſſum merum, & miſtum Imperiū? dic vt per Bartolum in l. j. C. de exc. cuſ. mu. libro x. vide quæ notat Bartolus in l. interdum. cum lege, ergo. alias eſt in l. cùm inter eos. de acquiren e da rerum dominio. 6 dixi in l. ij. C. de ped. iudic.

ab aliquo magnate, q; poteſt officium iudicis implorare, propter qd' ille magnas cogitur præſtare ſecuritatem de non offendēdo illum. Ad idem l. denūciamus. C. de his qui ad eccle. confu. & ibi per doc. & Cy. & quæ dixi in l. ſanctū. §. de rerū diui. † Quæro quid ſit ſecuritas? Et dico q; eſt legitimū præſidium, quod per officium præſidentis iuſtè timenti datur, ſecundùm Gul. de Cu. Quòd ſit legitimum præſidium, probatur in dicta l. denunciamus. Quòd detur iuſtè timenti, & cauſa cognita, probatur j. quod met. cau. l. metum. cum l. ſequē. Quòd hoc poſtuletur pro officium iudicis, tex. eſt hic. Et ſcias q; † quandoq; petitur ſecuritas præſtari à re rei, vt per totum titulum, de dāno infecto. Et de illa nihil ad præſens. Quādo que' à re perſonæ: & de iſta præſtatione nō cauetur iure, ſecundùm Guli. vt ſi domus tua minatur ruinā, non debet inde per me tranſiri: vt l. qui bona. §. primo. j. de dam. infe. implorari tamen poteſt officium iudicis vt faciat eam refici, ſi eſt vicinus, vt j. l. proxi. & per Speculato. de ſatiſd. b §. fina. verſi. cu. circa. Quandoq; petitur præſtari à perſona rei': & iſta eſt licita, vt l. finali. in prin. & fina. C. de ero. milita. annonæ. libro xij. Facit l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatis. infrà, qui ſatiſdare cogantur. Quandoque petitur præſtari à perſona perſonæ: & tunc loquitur materia huius §. quia eſt licita, & officio iudicis præſtatur hæc cauſa cognita an ſit iuſta vel non, vt d. l. metum. & per doctor. in dicta l. denunciamus. † Quæro, nunquid d in tali ſecuritate debeant fideiuſſores præſtari. Et videtur quòd ſic: quia per eos magis cautum, vt l. prima. j. qui ſatiſda. cogan. In contrarium videtur: quia lex de nuda cautione intelligitur: quia cautionis appellatione non continetur fideiuſſoris præſtatio: vt C. de verbo. ſignificatio. l. ſancimus. Breuiter dic ſecundùm Gulielmum quòd debet conſiderari qualitas perſonæ, à qua hoc petitur: quia ſi ſit perſona locuples, & immobilia poſsidens: nō erit neceſſe quòd præſtetur fideiuſſor: argumē. l. fina. iuncta l. ſciendum. in princi. qui ſatiſda. cogantur. † Quæro, circa hoc volo quòd ille de quo timeo, non ſolùm pro me præſtet fideiuſſorem ſiue ſecuritatem q; me non offendat: ſed etiam de amicis meis: & videtur quòd hæc poſſum petere: vt j. de precario. l. cum precario. Ad idem l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri. infrà, de verbo. obliga. & l. ſecūda. & l. non ſolùm. infrà, de vſu & habitat. Sed nunquid debet dare ſecuritatem pro ſe & ſuis familiaribus, & alijs ſuis, q; non offendet? Guliel. quòd ſic, per textū, infrà, loca. & l. qui inſulam. §. fina. Quod intelligo non ita indiſtinctè: quia ſi offenderetur ab alio ſuo inimico, non eſſet conueniens q; iſte teneatur: argumen. l. ſi merces. §. culpæ. infrà loca. Vnde debet promittere pro ſe, & familiaribus, & complicibus ſuis. Quæro, ſi Titius e, de quo timebam, † præſtitit mihi ſecuritatem coram iudice iſtius ciuitatis de non offendendo me: ipſe offendit me, ſed non in iſto territorio: an teneatur. Et videtur quòd non: quia hoc officium non extenditur vltra territorium ſuum, vt infrà, de iuriſdictione omni. iudic. extra territorium. & de bonis authorita. iudicis poſſi. l. cùm vnus. §. fin. In contrarium tenet Gul. quòd teneatur. Nam ſicut exemptus hic poſſet ex ſua promiſsione conueniri, vt lege prima. infrà, ſi quis in ius vocan. non ierit. Ita & multò magis iſte debeat ex ſua promiſsione conueniri. Nam qui promittit non offendere, generaliter loquitur, & ſic generaliter debet eius promiſsio intelligi: & ſic ex ſua perſona poterit conueniri ratione contractus & ratione domicilij, ſicut ciuis vel incola, vt de iudi. l. hæres abſens. & l. omnem. imò poterit conueniri coram iudice, in cuius territorio fuit commiſſum delictum: vt l. tertia. ſuprà eodem. † Quæro quanto tempore f duret iſta ſecuritas g. Quidam dicunt triginta diebus, per §. ſed neque. in authentica, de manda. princip. Tu dic ſecundùm Guliel. quòd cùm hoc non ſit in iure determinatum, relinquitur arbitrio iudicis: argumen. l. ratum. infrà, de ſolutio. & l. prima. infrà, de iure deliberandi. & l. ſi finita. infrà, de dam. infec. & j. de appellatio. l. nonnunquam. eſſet inconueniens quòd ita citò me poſſet offendere poſt triginta dies. & eſſet inconueniens q; ita ſæpe renouaretur ſecuritas, vt l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcrip.

Non obſt. §. ſed neque. quia loquitur de quadam ſecuritate quæ præſtatur per iudicem, vt dicitur in glo. † Quæro, peto h à iudice vt ſit mihi licitum ducere familiares vel ſeruientes: an hoc debeat mihi cōcedere? Et videtur quòd non: quaſi ſufficiat cautio, vt ſupra dixi. Poteſt tñ dici, quòd ex ea cauſa poteſt hoc iudex concedere: argumen. l. ſi. in princi. C. de erog. mili. annonæ. libro duodecimo. & ibi plenè nota. cuius expenſis ſit. Vide ad prædicta quæ dixi in l. ſanctum. ſupra, de rerum diuiſio. No. contra homines de Caſtro plebis, qui volebant concedere licentiam domino Matthæo de monte Polini i. † Quæro, quis ſit effectus huius ſecuritatis. Dicunt quidam quòd eſt iſte: quia ſi poſt ſecuritatem offenderet, tanquam fractor pacis, tenetur l. Iulia. maieſt. vt infra, ad legem Iuliam maieſta. l. prima. §. primo. Hæc opinio eſt falſa: quia ibi loquitur quando aliquid committitur contra principem, vel rempublicam, non contra ſingularem perſonam. Quare dicunt alij quòd qui poſtea offendit, debet tradi puniendus offenſo. argumen. l. finalis. de leg. hoc non eſt verum: quia eſt caſus ſpecialis in legato, qui nullo modo debet offendi: argumē. l. ſanctum. ſupra, de rerum diui. Et ideo dic k ſecundùm Guliel. quòd effectus erit quòd iudex acrius puniet eum: quia hoc poteſt iudicis officio conſiderata conditione. argumen. l. quid ergo. §. pœna grauior. infra, de his qui not. infam. Eſt etiam quædam alia ſecuritas quæ petitur à iudice. & eam poteſt ex cauſa concedere. de qua in §. ſed neque. in corpore, de mandat. princip. Et ex cauſa † etiam ex bannito poteſt dari ſicut in relegato, vt dicto §. ſed neque. & in l. is qui reus. infra, de publi. iudi. Sed quæro nam quid iudex teneatur eam ſeruare? Et gloſ. in dicto §. ſed neque. dicit quòd non. Tu dic vt nota. per Cynum. C. de his qui ad eccle. confug. l. præſenti. vbi de hac ſecuritate no. & not. in l. ij. eodem titu. vide ibi.

l Sicuti. Caſus humanæ fragilitatis medico non imputatur l: ſed imperitia. hoc dicit. Ex hoc concluditur aliud de iure Canonico, quòd ſicut imperitia nocet, ita caſus non nocet ſibi quantum ad irregularitatē, quo minus ad alios ordines poſſit aſcendere, vt in capi. tua nos. extra, de homi.

m Qui vniuerſas. re m in metallum: non tamen deportare: vt l. j. §. hi quibus. infra, de lega. iij. Ad hoc oppo. plus eſt damnare in metallum, quam deportare in inſulā: quia etiam ex damnatione in metallum amittitur libertas: vt Inſti. de capi. dimi. §. maxima. & §. media. Modo arguo, cui licet quod eſt plus, licet quod eſt minus: vt regula iuris, cui plus. Sed præſes non poteſt in inſulam deportare, vt d. l. j. §. hi quibus. ſed hic dicitur quòd poteſt facere quod eſt maius, vt dixi. Solu. Damnare in metallū poteſt, vt hic: non tamen in inſulam deportare ſine principe, vt in contrario. Ratio: quia inſulæ ſunt in dominio principis, non præſidis: & licentia non extenditur ad ea, niſi ex permiſsione principis: De hoc no. Dy. in c. cui licet. extra, de regu. iur. lib. vj. Et per prædicta reprobatur glo. quæ eſt in §. relegati. Inſti. quib. mod. ius pat. po. ſol. vbi fit æquiparatio exbanniti & deportati: quia præ

a ¶Nec exbanire. Sed hoc non videtur verum quia in exbannimento non aſsignatur certa inſula ſed interdicitur ſibi aditus ad patriam; ideo non videtur ſequi, non poteſt deportare: ergo nec exbannire.

b ¶Rector ciuitatis. Rector ciuitatis non poteſt exbannire. Vide qd' dixi poſt Barto. in d. l. imperium.

c ¶Præſes. Vide Bar. in l. j. in prin. j. ſi quis ius dicen. nō obtem.

☞POMATES. a

d ¶Et no q; propter. Vide in ſimili Bar. l. ſi conſtante. ad fin. j. ſol. matri. b

e ¶Et not. q; propter. an autē poſſit remittere pœnam quæ venit applicanda parti dic q; non. gl. eſt no. in l. ij. C. de in ius vocando & vide Bald. & gl. i l. rescripta. de preci. imperat. offer. Vide bonū text. in c. niſi de offic. leg. & ibi text. q; iudex amore poteſt remittere pœnā licet Pañ. in d. c. clericos. j. diſtinct. et ibi dicit do. Anto. q; ſi venit applicanda fiſco principis, indiſtinctè poteſt remittere pœnam: ſi applicatur parti, nō poteſt, niſi cū cauſa ante ſententiam: poſt ſententiam, non poteſt, niſi pœna ſit arbitraria, etiā ſine cauſa poteſt ante ſententiam: poſt autē non. Ita no. Innocen. in c. cognoſcentes. de cōſtit. et no. in c. licet. de pœ. vide ibi do. Pet. & alios. Et an iudex poſsit incontinenti pœnam excommunicationis imponere vide gl. ſingu. in l. in actionibus. j. de ſ. lit. iur. And. Barba. c d e 1 2

f ¶Paupertas. pdeſt. Vide Bald. in l. ſi qs ad declinandam. C. de epiſco. & cleri. & quando profit paupertas & quando dānitig, vide per Archi. in capi. ſtatutum. de reſcrip. in vj. & in c. pauper. xj. q. iij. et xxxj. diſt. hoc autē. f

ſtituto. quæritur quid hoc poſsim. Videtur quòd non: quia procurator poteſt ad negotia quandoque alium ſubſtituere: ſed ad iudicium non, niſi poſt lit. conteſta. vt j. manda. l. ſi procura-
rem. §. ſi quis. & C. de procurato. l. neque. Econtra videtur quòd ſic: quia hoc mandaui Titio vt venderet: Titius verò non ven-
didit, ſed mandauit vendendum alteri: ergo &c. vt j. manda. l. di-
ligenter. in principio. Præterea videtur caſus, niſi cauilletur li-
tera. j. de diuer. & de tem. præſcrip. l. in vſucapione. §. item adiſcĩ dum eſt. verſi. quòd ſi is, &c. Quid dicemus? In iſta quæſtione ſunt variæ, ſententiæ doctorum. Prima eſt ſententia glo. quæ di-
cit quòd venditio valet: nec retractari poteſt ob hoc, vt notatur in d. §. item adiſciendum. Secunda eſt ſententia quorundam. vt Mart. Silli. diſtinguentis inter procuratorem generalem ad ne-
gotia conſtitutum, & ſpecialem ad rem vendendam. In primo dicit poſſe per ſubſtitutum negotium geri, vt d. §. ſi quis. In ſecũ do non: quia ea quæ ſpecialiter committuntur, non poſſunt alij demandari: vt j. tit. proxi. l. j. & ſic intelligunt d. §. item adiſcien-
dum. Alij dicunt, Aut eſt electa induſtria: & non poteſt. Et ſic fuit in prælleg. §. item adiſciendum. arg. j. manda. in l. mandatũ diſtrahendo. & de ſolu. l. inter artifices. Aut non eſt electa, & po teſt: vt §. ſi quis. Alij, vt Iaco. de Ra. dicunt quòd non valet ven-
ditio facta per ſubſtitutum. quia vbi exigitur ſpecialis conceſsio propter magnitudinem rei commiſſę: & ideo non poteſt alij de-
mandari: vt j. titu. proxi. l. j. Modò ita eſt quòd venditionis pote ſtas requirit ſpeciale mandatum: nec ſufficit generale ad ita ma-
gnum negotium: ergo &c. vt j. de procu. l. procurator totorum. Aduertas, prædictæ tres ſententiæ ſatis recidunt in idem: nam quia mandatum ſpeciale requirit venditio, videtur magnum ne gotium: & quia magnum eſt negotium, ex eius commiſsione præſumitur electa induſtria perſonæ: vt C. de ſum. tri. & fide ca-
thol. in epiſtola, liquet. ad finem. Sed certè: quia hoc fit ex arduĩ tate vel magnitudine rei commiſſæ, eſt falſum in caſu noſtræ quæſtionis: nam licet vendendi poteſtas, requirat ſpeciale man datum, non propterea eſt arduum negotium: aliàs hic procura-
tor non poſſet vendere voum cultellum ſine ſpeciali mandato: & tamen quòd hoc ſit arduum negotium, truffa eſt. Dicas ergo quòd procurator conſtitutus ad vendendum non poteſt alium ſubſtituere: quia fines mandati excedit. Nam vos debitis ſcire enim verba contractus confert in perſonam domini tantum, & non ſe obligat: vt j. de conſtitut. pecu. l. qui autem. §. fina. & l. ſeq. Procurator verò confert verba contractus in ſe, & ſuam perſo-
nam obligat: vt j. de conſtit. pecu. l. eum qui. §. Iulia. & C. ſi quis alteri vel ſibi. l. multum. Modò ita eſt quòd ſi mando tibi vt vẽ das librum meum: ego modo quòd vendas tu tanquam procu rator, & tuam perſonam obliges. Si tu mandas alij, tu præbes ſo lum nudum miniſterium, & non ſeruas finem mandati: & ideo non præiudicat mihi: vt prælleg. l. diligenter. & iſta eſt ratio il lius §. item adiſciendum. ſecundùm Pet. Et hoc puto verũ. Sen-
tentia ergo Iacobi præfati & ſuorum ſequacium vera eſt, non
12 per rationes quas ipſi aſsignant, ſed per rationem prædictam. †Quartò quæritur circa materiam huius legis. Pone, ego volẽs repatriare, & non habens pecuniam, tibi ſocio meo mandaui quod venderes libros meos: poſtmodum cum eſſem in partibus meis, quia profeceram in hac ſcientia, inueni multos amicos qui mutuauerunt mihi pecuniam: ſi accidit mihi. Vnde pœnitui de commiſsione facta ſuper venditione librorum: & mihi nuncium pro certiorando ſocium meum ne venderet, ſed tanquam nun-
cius veniſſet, erant libri mei venditi. Ego dolens veni Bononiã, & volo reuocare venditionem, dicens quod poſtquam pœnitui dominium non erat translatum. Quæritur quid iuris. Et primò videtur quod non ſit trãslatum dominium: vt j. de manu. vindi. l. ſi pater. in prin. videtur contra, vt j. manda. l. ſi mandaſſem. & in iſta quæſtione ſunt variæ ſententiæ ſimiliter. Nam quidam di-
ſtinguũt, Aut erat talis procurator, in quem fuit translatum do-
minium: & tunc valet. Aut non: & tunc non valet: vt j. de dona. l. hoc iure. §. ſi quis. & l. ij. §. ſi quis donaturus. & not. j. de condic. ob cau. l. ſi pecuniã ſi. §. ieruũ. Petr. verò ſimpliciter dicit in caſu quæſtionis noſtræ dominium non eſſe translatum: quia deficit ſubſtantiale contractus: vt d. l. ſi pater. argumẽ. §. de origi. iur. l. Sed ita eſt quod ad translationem dominij requiritur conſenſus mei dominij: vt j. de reg. iur. l. id quod noſtrũ. Ergo cùm cõſen-
ſus domini deficiat per reuocationem, licet procurator domini ignoret, non transfert dominium rei meę: quia eſſentiale deficit. Sed contra iſtam ſententiam inſtatur: ad eſſe iudicij requiritur conſenſus domini, ſuper cuiusre litigatur: & tamen reuocatio mandati facta partibus ignorantibus non præiudicat: vt j. de ꝓ-
cur. l. ſi procuratorem. & C. de ſatiſd. l. vnica. Præterea, vt debi-
tor liberetur, requiritur conſenſus creditoris; & tamen ſi fuerit reuocatus procurator, nihilò minus contingit liberatio: vt j. de ſolut. l. cùm quis. §. j. Ergo videtur quod iſta ſententia Petri non ſit probabilis. Ad hoc reſpondetur: & primò ad id quod dicitur de iudicio, quod non eſt verum quòd ad eſſe iudicij requiratur conſenſus domini nam licet non conſentiret, valet: vt j. de pro-
cur. l. Plautius. Sed iſta non eſt bona reſponſio. Nam verum eſt quod ad eſſe iudicij vt teneatur, non requiritur conſenſus domi ni; ſed vt domino præiudicet, bene requiritur eius conſenſus: ſi cut nec ad eſſe venditionis requiritur cõſenſus domini rei: quia rem alienam quis vendere poteſt: non tamen in præiudicium domini: ita eſt in iudicio: vt j. de procu. l. in cauſæ. §. ſed hoc ita. & l. ſed & hæ. in prin. & j. iud. ſolui. l. iij. Quid ergo dicemus. Di co ſecũdum eum ꝙ ſpeciale eſt in hoc caſu: quia de liberatione agitur hic. Similiter reſpõdetur ad id quod dicitur de ſolutione: vbi ad eius eſſe, requirit volũtas creditoris. quod ibi fallit fauo-
re liberationis, cuius gratia eſt ſpeciale: & ſic eſt in alio caſu fa-
uore liberationis. Et quando erratur in diuerſis cauſis, quarum vna eſt obligatoria, altera liberatoria: ibi cedit in liberatoriã fa-
uore liberationis: vt j. de ſolu. l. qui hominẽ. §. ſi debitorem. & j. ſi cer. pet. l. eius qui Romæ. §. quas verò. Secus vbi eſt vtraq; obli-
13 gatoria: vt dixi ſ. in diſtinctione circa fi. De articulo huius quę ſtionis plenilsimè dixi C. mãd. l. mandatum. dic vt ibi. † Quintò & vltimò quæritur: quia hic dicitur ꝙ aditio hæreditatis conſi-
ſtit in animo: nũquid ſolus animus ſine aliquo actu extrinſeco faciat aliquẽ hæredẽ, vel cum animo requiratur actus extrinſe-
cus. Dicit Iaco. de Ra. ꝙ requiritur ꝙ animus declareť per ali-
quem actum extrinſecum: quia res, de qua cõſtare non poteſt, debet per adminicula ſua probari: vt j. de cõdic. ſine cau. l. dedi. §. ſed ſi ſeruus. & j. de pœn. l. cogitationis. Et ſic intellige de ac-
quir. hære. l. pro hærede. cum ſimi. Hinc eſt, ſecundũ eum, quòd mentalis ratihabitio, de qua nõ conſtat, non obligat, vt dicit j. de neg. geſt. l. Pomponius. Sed cõtra eum videtur j. de teſt. tu. l. duo ſunt Titij. Sed ipſe intelligit prædicta vera vbi ius nõ deficit, id eſt iuris præſumptio: vt ſi factum eſſet certũ, quia eſſet tutor, de quo teſtator ſenſit: tamen quando non apparet, neuter eſt tutor. Idem eſt quãdo duo ſunt Titij legatarij, & nõ apparet de quo teſtator ſenſerit: vt j. de leg. j. l. ſi quis à filio. §. j. de reb. du. l. ſi fue-
rit. neuter eſt legatarius, quia deficit probatio: non aũt deficeret ius, id eſt iuris præſumptio ſi factum cõſtaret: ar. j. ad leg. Aquil. l. ſi ex plagis. §. in cliuo Capitolino. Pe. tamen tenet contrarium. Dicit enim ꝙ ſolus animus facit quem hæredem: & ſola menta lis ratihabitio obligat etiam, de qua non conſtat probatio. Exẽ plum. dicit: ſi dedi tibi ſeruum vt manumitteres intra paſcha: & pœnituit, quod potui, nec te certiorauí: quòd ſi manumittas, non erit liber: quia lex eſt contra. Sic eſt in propoſito, vt j. de condic. ob cau. l. ſi pecuniam. §. ſi ſeruũ. Illa lex nõ dicit hoc, ſecundùm glo. quæ eſt ibi: ſed facit l. ſi pater. de manu. vindi. Tamen lex di
cit ꝙ ſi pater decedit filio iam nato, & relicta vxore, de qua du-
bitatur vtrum eſſet prægnans, cum veritate nõ eſſet, ꝙ filius na-
tus in totũ eſt hæres, lege, quæ certa eſt, hoc facientẽ: vt j. de ac-
quiren. hæredi. l. venire. §. j. Sic ille eſt tutor, ille eſt legatarius, de quo teſtator ſenſit. Facit enim hoc ipſa lex quæ de omnibus cer ta eſt. Verũtamen quia non apparet, licet ſit tutor & legatarius ſecundũ veritatẽ, lex cum nõ admittit: vt dictis legibus. Et licet ſit in veritate acquiſitũ dominium, habetur pro non acquiſito, & per conſequens pro non receſſo: vt j. quib. ex cau. maio. l. nec vtilem. &c. Ex iſs habes finem huius ſolennis legis repetitæ per do. Cyn.

LEX II.

Vod ſi ea. Nota hic glo. ſuper verbo, heredita
a tor adire hæreditatem non poſsit, vt l. Paulus reſpon-
b dit. aliàs, per procuratorem. de acqui. hær. ſic per pro-
curatorẽ repudiari non poſsit [b]. qđ nota cũ legibus, quas allegat.

1 ☞ *Ratio teſtis debet eſſe diuerſa à dicto, & ſi eſt eadem, non valet dictum.*

2 *Bannum datum ad inſtantiam partis: an poſsit per ipſam partem reuocari.*

LEX III.

Vratores. Procurator Cæſaris non poteſt im-
ponere pœnam deportatiõis: ſed co-
lonos improbos poteſt à colonia remouere: neque ad
c tio nõ debet eſſe eadem cum dicto. Simile not. in l. j. de exerci.
1 Et ſic eſt argu. †ad dictum teſtis, ꝙ ſi interrogatur de cauſa, &
d aſsignat cauſam eandem cum dicto, [d] nihil valet eius teſtimo-
2 nium, vt hic. Et Guli. allegat hunc tex. ad quæſtionem, † quòd ſi ad petitionem partis eſt datum bannum per iudicem contra alteram partem: modò partes veniunt ad concordiam: pars, ad cuius petitionem fuit datum bannum, vult hoc bannum remit tere: videtur quòd bānum non poſsit remitti ſine iudice, vt hic. In contrarium: quia in fauorem patris fuit datum bannum: ergo ei poteſt renunciari: vt l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. Item prætor debet partes concordare; vt l. j. §. & po ſt. j. de oper. noui nun. tamen eſt contra hunc text. facit l. ij. in fin. C. de lib. & eorum lib. Item quia non poteſt ſine iudice, vt in auť. de nup. §. ideóque.

De officio eius, cui mandata eſt iu-
c *riſdictio.* *Rubrica.*

Rubrica noſtra continuatur hoc mo-
do: Dictum eſt ſ. de officio iudicum ordi-
nariorum: nunc videamus de officio dele- c
gatorum. Et videndum quis poſsit delega re. & dicam in l. more maiorum. j. titu. ij. Et cuí poſsit fieri delegatio: dicam in l. eũ qui. j. titu. ij. & l. j. C. quí pro ſua iuriſdic. Et quæ poſſunt delegari: videbitis ſtatim: & dixi ſ. de offic. procon. & leg. l. nec quicquam. §. vbi decretum.

1 ☞ *Magiſtratus municipales cognoſcunt tantum de uilibus cauſis.*

2 *Quatuor genera cauſarum.*

3 *Cauſæ meri & miſti imperij quod delegantur in caſu abſentiæ quo ad cognitionem. & nu. 5. & quando eſt infirmus ordinarius. nume. 11.*

4 *Argumentum à contrario ſenſu quòd ſit licitum. & nu. 7.*

5 *Delegatus poteſt inſignem latronem punire, quando eſſet periculoſum eius pœnam differre.*

6 *Subſtitutus in locis iudicis abſentis uel mortui, dicitur ordinarius, & non delegatus.*

8 *Vna cauſa meri imperij uel miſti non poteſt per ordinarium delegari.*

9 *Imperator uel princeps poteſt delegare cauſam meri imperij.*

10 *Delegatus principis quòd poſsit delegare cauſam meri imperij.*

12 *Præſes, etiam multum occupatus, non delegat cauſam meri imperij.*

13 *Præſes multum occupatus in cauſis meri imperij poteſt unam ex iſpſis delegare.* c

14 *Si ordinarius, qui propter abſentiam delegauit, reuerſus eſt, iuriſdictio delegati ſtatim expirat, & ad eum reuertitur.*

15 *Subſtitutus loco abſentis uel mortui cognoſcit de cauſis meri imperij.*

16 *Argumentum à contrario ſenſu quando habet locum in ſtatutis.*

LEX I.

Væcunque. Adeui dentiã huius titu. ſcias quòd magi ſtratuũ plures ſunt ordines. Nam quidam ſunt illuſtres, quidam ſpectabiles, quidã d
clariſsimi; quidam infimi, vt magiſtratus municipales. Qui ſunt iſti, vidiſtis per ordi nem in glo. rubricarum à ti. de ſenatoribus, hucuſque: & glo. eſt plana in auť. vt ab illu ſtri. & qui ſuper eos ſunt. in prin. colla. v. & ibi enumeratur quintus gradus ſuperillu- f
ſtrium, vt papa & imperator [f]: hic verò quatuor enumerantur. Itẽ ſicut duo ſunt, ſoluere, & ad diẽ ſoluere, vt l. Celſus. j. de arbi. ita ſunt duo, eſſe magiſtratũ, & eſſe de maioribus. Itẽ ſcias ꝙ tri bus primis gradibus magiſtratuũ cõmittuntur cauſæ meri & mi ſti imperij, tanquã de maioribus & ſpecialiter & in priuilegium: & ita eis qđ nõ aljs regulariter: vt in l. illicitas. §. qui vniuerſas. ſ. de offi. præſid. vbi cauſæ meri imperij præſidi cõmittunť qui eſt clariſsimus. quantò magis cõmittuntur illuſtribus qui ſunt ma-
1 iores. Itẽ not. ꝙ †magiſtratus municipales cognoſcũt de vilibus tantũ cauſis, vt in auť. de defen. ciui. §. audiẽt. & §. iudicare. Item ſcias ꝙ ſecundũ glo. noſtras eſt iuriſdictio in genere, quæ ſub ſe cõprehendit cauſas meri & miſti imperij: & cauſas iuriſdictiõis

POMATES.

¶ Sic per procurato rem. idem tenet Barba. conſi. xviij. colũ. xj. & ſequen. volu. ij. Idem tenet Ange. & Imo. in l. apud Iulianum. §. vtrum. j. ad Trebel. & Bar. in l. recuſare. cod. titu.

¶ Repudiari nõ poſ ſit. Contrarium ſen-
tit gl. in l. apud Iul. §. vtrum. in verbo, re-
ſtituere. ad Trebelli. & ibi per Imol. & Bal. in l. recuſare. co. tit. in prin.

¶ Cum dicto. An ſi dictum teſtis ſit idẽ quod ratio, valeat, vide Bart. per illum text. in l. qui interro-
gatus. ff. de pœn. hære. vide Bart. in l. in-
ter omnes. §. rectè de fur. vide Bal. in l. non omnium. ſ. de legi. Adde tamen ſecun-
dùm Bald. in l. ij. in vj. q. C. de teſti. quod ſi teſtis ſimul anne-
ctit rationem & di-
ctum: quia dicat qđ vidit talem commit tẽtem homicidium: interrogatus poſtea de cauſa ſcientiæ, nõ tenetur reſpondere. Sed ſi idẽ reſpõdeat, bene valet eius dic-
tum. Et idem Inno. in c. cum cauſam. de teſtib. & adde do. Alex. de Imo. in cõſ. cxxxvj. colũ. iij. in prin. in j. volumi.

P. P A V. P.

¶ A ſignat cãm. vi-
de ad Bar. il. q interro-
gat. ff. de pet. hære.

¶ De officio eiꝰ cui mandata eſt iuriſdi-
ctio. adde poſt dom. Iaſ. inquãtum ponit an laico poſsit dele-
gari cauſa clericorũ, quod pulchrè voluit Abb. conſi. lxij. j. lib.

P. P A V. P.

¶ Super rub. de offi. eius cui mand. eſt iu riſdi. vide an delega gatus ſit maior vel dignior ordinario et quomodo. vide Feli. in c. conſultationes. ſane. in prin. de offic. deleg. Decium in ru bri. eod. tit. col. ij.

¶ Quæcunque. & Imperator. Vide An-
gel in rubr. j. tit. ij. & Spec. de iuriſ. om. iu di. in prin. Adde om-
nino quod pulchrè voluit Rom. cõſ. lix.

Hi gradus Dignitatum quos ponit Bart. hic. Approbat? Vide magiſtratum meo Horoſco hic. impri-

a ¶Casu absentiæ delegantur. Causæ meri & misti imperij in casu absentiæ deleg ri possunt quo ad cognitionem tantum. Sequitur Bal. in l.ij. C. de pedaiud. sed gl. quam sequitur Ange. ibi tenet quod etiam hodie quo ad sententiã possunt delegari causæ magnæ iurisdictionis: vt causæ ingenuitatis & libertatis. de quo per Bar. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procõsu. per Ange. in l. imperium. j. de iurisd. om. iudi. Rayn. hic tenet idem quod Bart. per 2 l. solent. de offi. procon. per Salice. in d. l. ij. & ibi Cyn. in iij. opposi.

b ¶Meri imperij. Vide per doctos. in c. nouit. de offic. lega. & Cyn. hic.

c ¶A contrario sensu. Quando habeat locum argumentum à contrario sensu, vide j. circa fi. & habet locum etiam in contractibus, secundũ Bal. in l. vendit. actio. C. de ac. empt. adde Alexand. consil. v. & xcv. iiij. lib.

d ¶Delegatus principis. Delegato principis per Bal. in l. j. C. ne lic. poten. per Ioã. Andr. Spec. de offic. deleg. §. fi. vers. Item quod est delegatus. sed quid si est delegatus à lege prætoria, non imperiali, dic q̃ non potest. Ita Bart. in l. iij. §. duas. de dam. infect. Adde Ange. in cons. cxcvj. per Sali. in d. l. imperium. in iij. col. dixi post Ang. in l. à iudice. C. de iudi.

e ¶Potest delegari. Vide l. quæsitum. de re iudic. Idem tenet Sali. in l. placet. C de pe. iud. vide Ange. in l. prætor. j. tit. ij. Bal. in l. imperium. in iij. col. j. tit. ij.
↠P. PAV. P.

f ¶Potest delegare. Circa istam materiam: an præses possit cognitionem causarum capitaliũ nulla necessaria causa existente alteri delegare. Itẽ an casu necessariæ absentiæ possit delegari nedũ cognitio, sed etiã executio, vide in quadam disputatione quam habes in iij. libro. circa medium incip. Rex Aragonũ. in primo & secundo dub. & ibi etiam quædã alia. Item vide in materia delegationis quæ habes per dominium Baptist. caccialup. vt addidit ad Bar. in l. more. de iurisd. om. iud. & in disputatiõe de qua supra in ij. dub. habes etiã ibiin causa misti imperij, quæ requiruntur magnam cau-

Bi Vide puto Not. q dicta est
Tenendum in Judicando. et con
sulendo per l. 13: ibi. Faslaque
explesso. Neque. 27. A. 423.

fæ cognitionem, & etiam coërcitionem posse delegari, interueniẽte aliquo impedimento. de qbus in l. pen. C. de pedaiud. An aũt credaẽ iudici attestãti de impedimẽto, vide Feli. ĩ c. fi. p debilitate. in ij. col. de offi. deleg. & ponit Iaf. hic. & vide Feli. in c. pastoralis. in ij. col. in prin. e. ti. Decius in d. c. fi. p debilitate. ẽ v. col. ad fi. & sequẽ. Itẽ qñ alicui cõmittitur cã vt p se ipsum cognoscat: an possit alteri delegari, vid Iaf. in l. j. §. j. in j. no. de acqui. pos. An aũt ea quæ sunt voluntariæ iurisdictio. possint alteri delegari, vide Feli. in c. cùm P. Isabellio. col. antepe. versi. xj. quæritur, de fid. instr.

infimæ. & causas viles à trecẽtis solidis infrà. Et sic sunt† quatuor genera causarum. Vel melius, vt notaui in l. imperiũ. j. tit. j. Et quid sit merũ & mistũ imperiũ: & quę sunt eius causæ, ibi dicã. His præmissis lex nostra diuidit principaliter in quinq; partes. Nam in prima ponit vna regula. In secunda ponit alia regula. In tertia ponit quædã illatio ex prima regula. In quarta ponit probatio illius illatiõis. In quinta & vltima ponitur exemplũ primæ regulæ, & eius illationis. Secunda ibi: quæ verò. Tertia ibi: & ideo. Quarta ibi huius rei. Quinta ibi: & si à familia: & in summa. h. d. Causæ meri & misti imperij cõceduntur maioribus iudicibus specialiter & expresè & in priuilegiũ: & ideo nõ possunt delegari, nisi in casu absentiæ. Causæ verò iurisdictionis infimæ cõmittunt & cõpetũt cuilibet magistratui, et delegari possunt. h. d. Pone exemplũ per l. placet. de peda. iudi. non autẽ ponas vt gl. dicit per l. j. C. ne lice. potẽ. quia illa lex est noua: hæc aũt est antiqua. In tex. ibi, tribuũ tur. specialiter & in priuilegiũ non transferrunt: ideo non delegant. Delegatam, id est cõcessam. Not. ibi: non aliter itaq; ibi dicẽt. 3 & verũ sit. Nota primò † q causæ meri & 7 misti imperij nõ delegãtur nisi in casu ab- c sentię, & causæ iure magistratus cõpetẽtes delegãtur. Nota in vers. huius rei. q. arg. † à cõtrario sensu est licitũ: & multa permittũtur causa necessitatis, quæ aliter nõ permitterentur. Itẽ nota q ea quæ in vno casu cõcedunt, in alio prohibita esse vident: in quo non est eadẽ ratio. Opp. dicitur hic, quęcũq; 4 oppque causæ lege tribuũtur, non delegantur. Contra, imò ea quæ lege tribuunt, possunt delegari. Et dicit lex q demandant quæ lege tribuunt. vt j. tit. ij. l. & quia. Sol. Ista dictio, quæcunq;, licet sit vniuersalis: non ta- 8 men cõprehendit causas iurisdictiõis, quia illæ delegãtur: sed cõprehendit causas meri & misti imperij, vt hic, in prin. Opp. dicitur 2 opphic q causæ meri & misti imperij non delegantur: cõtra vers. huius rei. j. ead. l. Solutio. Regulariter non delegãtur, vt hic: fallit in casu absentiæ, vt ibi. † Opp. cõtra hãc solu. imò & in casu absentiæ non delegant, vt in auẽ. de collat. §. ad hoc prohibemus, collat. ix. Sol. Causæ meri imperij in casu absentię delegant, " vt hic. quod est verũ quantum ad cognitionẽ, non quantũ ad executionẽ, vt in cõtrario, secundùm gl. verũ est quod Guil. de Cug. hic dicit, q̃ in casu absentiæ delegant quantũ ad cognitionẽ & ad executionẽ, per hanc eandẽ legẽ quæ indistinctè loquit, vt l. fi. C. vbi sena. vel clarif. Tamen ista opi. est satis dubia: & iura per eum allegata malè hoc probãt: quia illa loquuntur in delegato principis. Vnde puto opi. gl. verã quæ cõmuniter approbat, q̃ quã-

tum ad cognitionem tantum in casu absentiæ possunt delegari.

Vnum tamẽ scias secũdùm Per. & Cy. in dicta opi. q̃ in casu delegatus habet executionẽ, non solũ cognitionẽ in causa meri imperij, vt si est insignis latro, cuius pœnam differre esset periculosum. quia etiã tunc delegatus potest talẽ latronẽ punire propter maius periculũ euitandum: per hanc legẽ: & l. si quis. §. hi autẽ. j. de iniusto, rup. testa. & ar. l. de pupillo. in §. si quis riuos. j. de no. 6 opet. nun. ⊙pp. & videt etiã q̃ causæ meri imperij delegantur: vt l. ij. C. de offi. eius qui vicẽ alte. ge. Sol. † ibi non loquit in delegato, sed loquitur in substituto in locum iudicis mortui vel absentis: & nõ dicit delegatus, imò ordinarius. & ita debet intelligi illa lex. Et ita nota. ŝ. de offic. procon. & leg. l. nec quicquã. ŝ. vbi decretũ. in fi. magnæ gl. ⊙pp. ad hãc solutionẽ, & videtur q̃ etiã 9 delegatus cognoscat de causis meri imperij. vnde obstat l. solẽt. ŝ. de offi. procõ. & leg. Sol. Ibi loquit in delegato procõsulis: vbi est speciale. Opp. contra secundã regulã. Dicitur hic q̃ ea, quæ 10 iure magistratus cõpetunt, delegãtur: contra l. mandata. in princ. j. e. vbi interponere authoritatẽ manumissionibus, competit iure magistratus: & tamẽ nõ delegat, vt ibi. Sol. Ibi loquit de manumissione, quæ plenã causæ cognitionem requirit: & ideo nõ est delegabilis, vt ibi not. Opp. datio tutoris cõpetit iure magistratus: vt l. ius dandi. de tut. & cur. dat. ab his. & tamẽ nõ delegatur: vt l. mandata. j. e. tit. Sol. Nõ demandatur, ſ. nõ habenti aliã iurisdictionẽ. Vel dic vt not. Insti. de autho. tut. §. pe. Opp. dicitur hic q̃ causæ possunt delegari si præses profiscat: contra §. eos. in auẽ. de manda. prin. colla. iij. & in auẽ. vt nulli iudi. in prin. col. ix. Sol. Ibi loquit de quibusdã latronibus, qui ibant per prouinciã spoliãdo: & illud est prohibitũ: hic permissum in alio. Vel dic secundùm Pet. q̃ ibi loquitur in casu quãdo præses sine causa volebat prouinciam exire, & in ciuitate vnũ relinquere, qui generaliter hoc faceret. Certè nõ est permissum vt hoc faciat in perpetuum: sed delegare causam donec reuertat, est permissum, vt hic. † Oppo. & dicit hic q̃ argumẽtum à cõtrario sensu est validum: cõtra l. cũ patrẽ. C. de condi. insert. & l. cõuenticula. C. de episc. & cleri. & de iurisd. om. iud. l. nemo. Sol. Quãdoq; monosyllaba, si, ponit causaliter: & tũc est licitũ argumentũ à cõtrario sensu, vt hic: & quasi idẽ cum argumẽto à causa cessante. Quãdoq; monosyllaba. si, ponitur cõditionaliter: & tũc nõ est licitum argumentum à cõtrario sensu, vt in cõtrario. Intellige tamẽ hoc vltimũ, q̃ obtineat, nisi resultaret absonus intellectus seu prauus, secundum Odof. De hoc nota. per doct. & Cy. in d. l. cõuenticula. Expeditus de cõtrariis veniamus ad quæstionẽ. Quæro: dicitur hic q̃ mãdatum iurisdictionis non valet. & sic cõcludit hic text. quod hoc sit verum quãdo iurisdictio generaliter de mãdatur. Sed qd si specialiter † vna causa demãdatur, an possit? Et videtur quòd sic, vt hic. In contrarium determinat gl. hic in verbo, iurisdictione. & Cyn. hic in iij. q. & bene secundùm docto. per l. nemo potest. j. de regul. iur. & verè illa lex loquitur in mero imperio: tamen idem est in misto. Nam si conceditur merum imperiũ istis maioribus iudicibus, & in priuilegium propter industriam personæ: multò magis videtur concedi mistum: & ideo dicas idem in misto. † Quæro nunquid imperator possit delegare causam meri imperij. Et dicunt quidam quod non: quia lex prohibet delegationem talis causæ, & digna vox est, &c. In contrarium determinant doct. nostri. Nam princeps est legibus solutus. Pro hoc l. fina. vbi sena. vel clarif. vbi est text. & l. prima. C. de præcib. impe. offe. † Quæro, nunquid delegatus principis [d] possit de- d legare causam meri imperij. Glossa. hic tenet quod non: sed in l. prima. C. qui pro sua iurisdict. tenet quod sic, per illam legem. Pet. & Cyn. hic & in dict. l. prima. tenent contrarium. Nam non debet plus delegatus posse, quàm ordinarius. Sed ordinarius sine causa non posset, vt hic. Ergo & delegatus Principis. Guli. saluar glossa. dicit iple quod postquam princeps merum imperium committit delegato, quod potest, vt dixi in præcedenti quæstio. ista causa mutauit naturam suam. Vnde nimirum, cùm semel naturam suam mutauit, si amodo est delegabilis: argument. l. prima. in fin. versicul. res verò. & versicul. contra. C. de impo. lucra. descript. Ad idem l. pater. §. quindecim. infrà de lega. tertio. † Quæro: dicitur hic quod causa meri imperij pos- 11 e test delegari, [e] si præses vadit extra prouinciam. Sed quid si ipse f est infirmus: an eodem modo potest delegare [f]? Videtur quòd non, per hunc text. ibi: non aliter, &c. In contrarium est veritas secundùm nostros docto. & Cyn. hic in vj. quæstio. arg. l. j. in ij. responso. ŝ. de offic. consu. Præterea eadem est ratio in infirmitate, quæ quæ est in recessione præsidis. & sic idem ius: vt l. illud. ad legem Aql. & l. milites agrum. in princi. j. de re milita.

a ¶Est occupatus. Vide clarius per Gul. hic Salyce. tenet contra. in l. placet. C. de peda. iud. per illam legem. in ver. quod nõ ita indistinctè loquitur, & illud placet: quia rationes hic al leg. per Gul. sunt fragiles.

b ¶Est substitut[9]. Gitlie. hic tenet idem qđ Bald. tamen dicit q̃ quidam contra per §. ad hoc prohibemus. in authen. de colla. 13 Vide ibi Iaco. de bel. a per Spe. in titu. de offic. dele. §. fi. versicu. item quòd est delegatus. Ad hoc bene facit quod Bartol. in l. filius. de lega.

c ¶ Quid in statutis. Dic q̃ cum sit ex mente legis non est op[9] dicere an habeat locum. vide in l. oẽs populi. vbi dixi q̃ etiam procedit in cõtractibus. & vide de hoc articulo quæ dixi post Imo. in l. si cũ dotem. in fine. princ. solut. matr. per Cyn. hic in vj. oppo. & in ultim. q. per Benedi. in l. si quis locuplex. de manumiſ. teſtam. 15 Adde Paul. de Castr. b consil. cccxxxvj. & cccxlvj.

d ¶Tãquàm. De hac dictione adde l. si pater. §. j. ff. de ado. Bal. in j. apud antiquos. C. de fur. glos. in c. solite. de maio. & obe. in verbo, tanquàm.

e ¶ Qui mandatam. Propriã. An delegatus dicatur habere iurisdictionem, dic vt per glos. & Bart. in l. 16 ait prætor. in princ. vide quæ dixi in l. fina. C. eod.
↠P. PAV. P.

f ¶Oppono hic, dicit. An habeat locum in statutio, vide Alexã. in consi. xvij. in ij. volu. vide etiam Rom. vbi multa, ponit in omni ferè alia materia in consil. cccxcix. An autem in contra ctibus etiam stricti d iuris, vide Iaf. in l. pœnitentia quam. in j. et ij. colum. si cert. peta. Itẽ q̃ hoc modo habeat locum vbi induceretur legum correctio. in fi. aliàs statutum nihil operaret, vide Are. in l. nec furiosus. in vlti. col. de test. Itẽ in materia vi de latẽ. Fel. in c. signi ficasti. col. iij. & seq. de foro compe. in eadẽl. & col. vers. dicit hic. In contrariũ vide Fel. in c. si pro debito re. in ij. col. de offi. de lega. & in c. quod sedes. de offi. ordi.

g ¶Mandata. Delega e ri. & hic habes vnã glos. cui est glosſ. cõtraria in l. ob æs. vbi dixi, C. de præd. mi-

veritas secundùm nostros docto. & Cyn. hic in vj. quæstio. arg. l. j. in ij. responso. ŝ. de offic. consu. Præterea eadem est ratio in infirmitate, quæ quæ est in recessione præsidis. & sic idem ius: vt l. illud. ad legem Aql. & l. milites agrum. in princi. j. de re milita. 9 q
12 †Quæro, præses est multis occupationi- 49 f bus impeditus: nũquid ob hoc poterit causam meri imperij delegare. Et videt quòd sic: vt j. de procu. l. filiusfamiliàs. in fin. & l. seq. In contrarium est veritas, vt hic in tex. & de peda. iudi. l. placet. in fi. in versi. dũ tamen. † Quæro, quid si præses vel alius ordi- 59 q narius est occupatus * tot & varijs causis criminalibus ad merum imperium spectãtibus, q̃ non potest intrẽdere, ita quòd vult vnam delegare: an possit. Et videtur quòd non, vt hic. In contrarium determinat Gul. de Cug. propter. identitatem rationis quæstionis propositæ, sicut in causa absentiæ, de qua hic. Facit l. ij. C. de his qui latroni. §. 14 j. † Quæro, præses vel ordinarius de puni- 69 g cia recesit: modò redit: nũquid iurisdictio iudicis, quam ipse delegauit statim expiret eo reuerso: vl' oportet quòd aliter reuocet? Ista quæstio est similis quæstioni propositæ per glo. in l. qui mutuam. §. ij. j. man. Tu dic secũdùm Pet. q̃ statim q̃ reuersus est præses, reuocatur iurisdictio. Nam cessante causa, cessat iurisdictio delegati: argu: hu h ius legis. † Quæro, quid si nõ est delegatus, 79 g sed quidam est substitutus [b] loco absentis vel mortui iudicis: an de causis meri imperij vel misti possit cognoscere. Et dic quòd sic, vt j. de lega. iij. l. j. §. à præfecto. Contrarium tamen videtur tenere glos. & malè, in l. ij. in fi. C. de offi. eius qui vicem alte. ge. & melius dicit gl. hic, quę incipit, cognitionẽ. i meo videre: quæ indistinctè loquit. † Quæro, 89 q hic dicitur q̃ argumentum à contrario sensu est licitum. & hoc est ex lege cõmuni: quid in statutis [c], an habeat locum. Iaco. But. hic dicit q̃ aut casus qui apparet à contrario sensu, est aliàs de iure communi decisus: & tunc non valet argumentum à cõtrario seu fu ex statuto sumptum: vt l. si cũ dotem. in princ. j. solu. mat. Aut non est aliàs de iure communi decisus: & tunc dicit Iac. quòd argumentum à cõtrario sensu, videt potius interpretatiuum ex mente quàm ex k significatione verborum: vt l. pecuniam. j. fi cer. pet. ibi: tanquàm si sub contraria conditione: &c. Nota dictionem tanquàm [d], quę est nota improprietatis secũdùm eum. Ex hoc concludit quòd argumentum à con- 99 q trario sensu non habeat locum in statutis: quid dicendum? Recidit in illam, vtrum argumentum à contrario sensu sit proprium vel interpretatiuum. Iac. Butrig. allegat in quæst. pro casu. l. apud antiquos. C. de fur. ibi: per coniecturam, &c. & ibi glo. videtur consentire. De hoc vide per Dy. in c. quod ob gratiam. in fi. extra de reg. iur. lib. vj. vbi dicit Dyn. quòd argumentum à contrario sensu fit ex sensu & mente ipsius legis. & hoc teneas. Bartol.

Qui mandatam. Delegatus non habet iurisdictionem propriam [e] sed vice fungitur delegantis, habet tamen modicam coërtionem. hoc dicit. Opp. de seipso ad seipm: dicitur in princi. quòd non habet propriã iurisdictionem delegatus. & in versic. verius. dicitur q̃ iurisdictio transfertur. Solu. In hoc ver. verius. dicitur q̃ iurisdictio trãsfertur, id est, concedit, vel permittit. Transfertur enim quando verè permittitur: tamẽ ficte propriam iurisdictionem habere non h dicitur. & ideo dicitur q̃ statim potest delegatio reuocari. Oppo. hic dicitur [f] q̃ delegatus non habeat propriam iurisdictionẽ, contra j. eod. l. cognitio. versicu. cùm propriam. Solu. Non habet propriam, vt hic: verum est ordinariam: delegatam verò sic, vt in contrario proximo dixi: quia non fingitur propriam habere, eo q̃ statim potest reuocari: verè tamen habet eam: vt d. l. cognitio. Et hoc modo intelligo quod dicitur hic.

LEX II.

Mandata. Manumissio debet fieri cum cau h sæ cognitione. Item venditio rerum minoris non potest delegari. ŝ. h. d. Ratio colligitur ex l. nec quicquã. §. vbi decretum. ŝ. de offi. proconsu. & leg. quia in causa quæ requirit causæ cognitionem, decretum interponitur, secundùm Ia i co. de Are. & dixi in d. §. vbi decretum.

LEX III.

ET si prætor. [b] Delegatus licet aliàs sit ordinarius, tamen vice delegan- 1 tis fungit in causa delegata. hoc dicit. & si, id est quamuis. Hanc legẽ nota. & intellige q̃ delegatio fiat volenti. Nam ad hoc vt delegatio valeat, tria requiruntur: vt no. j. tit. ij. l. eum qui inter. quę requirit q̃ sit de eius iurisdictione. Barto.

Cognitio. [i] Cognitio de 1 suspecto tutore potest delegari. h. d. Oppo. de l. j. ŝ. eo. ti. Solu. vt ibi &c.

Vt possessio. Ea quæ semiplenã causæ cognitionẽ requirunt, & in quibus decretum interponitur, delegãtur. h. d. Et scias q̃ quædã sunt bonorum possessiones quæ tribuunt ius: vt l. fin. & ibi glo. C. vnde legiti. & in illis nihil dicitur hic. Quædam sunt, quæ non tribuunt ius: vt Carboni. de dam. infec. & de his loquitur hic quæ dantur sine causæ cognitione. & hæc glos. innuit. Oppon. dicitur hic [k] quòd quis in possessionem mittatur k potest delegari. Contra: mittere in possessionem est misti imperij, vt in l. iubere cauere. j. titu. ij. sed quæ sunt misti imperij non delegantur: vt l. j. in princip. ŝ. eo. Solu. & hanc solu. not. quia cognoscere vtrum sit mittendus in possessionem vel non, hoc potest delegari: sed mittere in possessionem re ipsa, illud delegari non potest, quia est misti imperij: vt d. l. iubere cauere. j. titu. ij. Et hoc modo intelligas quod hic dicitur in glos. nostra.

Mandatam. [l] Iudex delegatus nõ delegat: mo 1 dicam tamen coërtionem habet. hoc dicit. & dicam in l. more maiorum. j. titu. ij. ibi: imperium quod non est merum, intelligas de modica coërtione: vt infra no. non autem intelligas de mero Imperio: vt nota. in tex. in fine. Oppo. dicitur hic quòd delegatus non delegat: imò delegat, vt C. de iudi. l. à iudice. Solu. Regulariter nõ delegat, vt hic. Fallit in delegato principis, vt in contrario. Opponitur de l. cùm prætor. §. j. infra, de iudi. Solu. ibi fallit: quia loquitur in legato proconsulis, de quo lex multum confidit. secundùm nostros doctores. Opp. de l. j. §. j. infra, quis & à quo appel. vbi delegatus delegat. Solu. Ibi erat delegatus ad vniuersitatem causarum: hic ad vnam causam. Et de hoc dic vt plenè notatur in glossa.

Ibi. Veritas. Not. qd contra approbat. Teste Iaſ. §. fi. & in non ita sim. qui contrarium tenet. quę opinio videtur tenenda quia rationabilior.

Ibi. Veritas. Not. qd contra approbari sm Iaſonem. 77.

In contrarium. Not. qd de Cug in l. ius ciui. mo. superiorem opinionem. videt approbare. l. 18 tit. ea quæ ibi habentur. Iac. Butr. in l. sæpe. ff. 4 p 3. tit. fueras endo en de offi. præſi. no. in c. dos manerias.

↠ P. P A V. P.

De officio assessorum. Rubrica.

¶ Super rubric. de offic. assessorum. vide late Iaf. hic.

¶ Omne. debet videre. Vide bar. ī l. si duo patroni. §. idē Iulian⁹ in fi. j. de iureiur.

℘ POMATES.

¶ Respondere. Idem Cyn. l. j. vt q̄ desunt aduoc. Bal. in c. dño guerrā. in tit. hic finiē lex Corradi. gl. c. bonæ. de postu. prela. Fe. ī c. cū cām. de test.

¶ Eū lacerare. Iudex debet lacerare libellū malè conceptum. facit gl. in l. j. j. si mēſ. fal. mo. dix. Idem dicas in libello calūnio so. vel qui notoriè dicebat contra veritatem, secundū Inno. in c. fi. de offic. vica. & moder. in l. Titius. de verbo. obli. Pro quo text. not. in l. sicut. in fi. C. de sacrifi. Paganorum & eorum tēplis. aliàs est de paganis & templis & eorum sacrificijs. notat Cy. ī l. j. C. vt quę de sunt aduoc. post glo. ibi. & Inno. in c. examinata. de iudi. post gl. ibi. & hic vnū bene nota q̄ si porrigo libellum in causa, in qua nō requirebatur libellus, & libellus sit ineptus, omnia tenent & procedūt. gl. fi. in l. vinū. in fi. glo. magnæ. j. si cert. pet. Adde q̄ libellū ineptum iudex possit lacerare, Bal. consi. cvj. & clxxxvij. j. li. & dū dicitur in apostilla, e q̄ vbi libellus nō requirit, q̄ aliàs inept⁹ non vitiat: vide pulchrè Roma. consilio. ccccxcvij. & post d. Iaſo. q̄ exceptio ineptitudinis, quādocūque opponi potest: adde Pau. de cast. cō. cclxj. Et an libellus inept⁹ possit supplerī ex probationibus. vide quod voluit ro. consi. clxvij.

↠ P. P A V. P.

¶ Lacerare & respuere. Vide quæ habes in Bertachino in ver. sententia super inepto libello.

↠ P. P A V. P.

¶ Querit gl. vid bar. ī tractatu iurisdictionis in ix. q. vbi tamē dicit q̄ de consuetudine cōtraria obſtur. vide Deci. in cōſ. viij. col. iij. in prin. & in fi. & in c. si pro debilitate. de offic. dele.

¶ Assidere dicuntur. No. q̄ assessor in causa in qua assidet, non posset iudicare nisi ei delegeē a præside vel statuto. adde Bald. in aut. ad hæc. C. de iu. & ibi Bal. & Bart. in l. q̄cipim⁹. §. j. & q̄ ibi dixi. C. de appel. Spe. & Io. An. ī ti. de acces. §. offm & hic

☞ *Iudex interrogare potest partem uel testem an sit infamis, & an quis teneatur respondere.*

Iudex ex officio infamē repellit, etiam si nihil opponatur.

Iudex libellum malè conceptū ex officio lacerare debet.

Assessor in causa qua assidet iudicare non potest: nisi sibi delegetur.

LEX I.

Omne. officium assessoris constat. Quęro quę sunt illa quæ debet inquirere assessor. Ista glos. hic, quæ incipit, vt videat, &c. dicit q̄ debet videre an ille, qui postulat, sit infamis: quia talis postulare non potest: vt l. quos prohibet. j. de postu. Et sic nota † q̄ tenetur respondere. & iudex potest de eius infamia querere. & si non teneretur respondere, frustra p mitteretur ei hęc interrogatio, scilicet iudicī. Et hoc facit, p teste: scilicet q̄ iudex possit eum interrogare de suo statu, an sit infamis, vel non: licet glo. teneat contrarium in c. j. extra de except. & reddit ur ibi ratio: qa quis suam infamiam nō debet patefacere: vnde respondere non tenetur. Pro hoc l. j. §. si præses. de magistr. conue. Vnde videt q̄ non cogitur ad talem interrogationem respōdere. Dic vt j. de iureiu. l. aliàs melius. in l. qui iurasse. §. si pater. & quod ibi plenè not. Potest ergo ex suo officio infamē repellere, licet non opponatur. Quęro nunquid versetur officium eius circa aliud. † Respō. sic: quia si libellus conuentionalis est malè conceptus, qui producitur coram eo: ipse debet eum lacerare [d] & respuere, [e] vt hic no. Pro hoc l. fi. C. vt nemo priua. &c. & quotidie fit in practica. Item dicit glos. q̄ mittit bannum consilio assessorum, vt ibi. Tu dic, imò banna mittuntur authoritate decurionum: vt nota in rubri. de decur. in quorum loco successerunt nostri consiliarij hodie, vt not. C. de decur. in rubric. & in l. nulli. j. quod cuiusque vniuer. nomi. & j. de dolo. l. sed si ex dolo. & ibi glos. de hoc not. & bene. Item dicit glos. q̄ decreta interponunt præterquàm in alienationibus rerum minoris: vt l. ij. C. eo. dicit tamen glo. ibi, quòd hoc de consuetudine nō seruatur. l dem dicit glos. in epistolis, scilicet mittendis iudicibus alterius prouinciæ pro exequendis sententijs. Quod dic vt l. cùm quædam puella. in princ. infrà, titu. j. † Quærit glos. [f] nunquid iudicare possunt in causa in qua assidere dicuntur. [g] Dicit glos. quòd non nisi delegaretur causa: & ideo est de cautela quòd vbi aliàs per statuta terrarum non est prouisum quòd assessores possunt iudicare, fiat in principio officij delegatio generaliter omnium causarum: quod dico causarum, scilicet ciuilium criminalium non [h]: quia criminalia siue ea, quæ sunt meri imperij, non delegātur, scilicet quo ad executionem: sed quo ad cognitionem sic: vt suprà, de offi. eius cui manda. est iurisdict. l. j. & l. fi. de offic. procon. & leg. & l. j. de tuto. & curat. dat ab his. & l. obseruare. de offic. procon. Et dicit glos. quòd hodie obseruatur quòd ipsi assessores cognoscant: Potestates verò & capitanei ferunt sententias. [h]

1 ☞ *Potestate defuncto ante finem officij totum salarium debetur hæredibus ipsius. & nu. 7.*

2 *Potestati, qui non fuit ingressus officium nec per se, nec per alium, licet fecerit præparamenta, & mortuus sit, non debetur salarium.*

3 *Remotus ab officio sua culpa, consequitur salarium pro tempore quo seruiuit.*

4 *Assessor an poterit petere salarium totum ab officiali remoto ab officio.*

5 *Hæredibus aduocati mortui an debeatur salarium totius temporis uel pro rata.*

6 *Assessoris officium q̄ non duret mortuo præside usque ad euentum successoris.*

7 *Hæredes officialis mortui debentis salarium, illud debent integrum salarium, nisi talis ante finitum aliud officiū acceperit.*

8 *Remotus ab officio quando debeat integrum salarium cæteris officialibus.*

LEX II.

Idem functo. [i] Hæc lex diuiditur ī duas partes. Primò loquitur in præside mortuo durante officio. Secundò loquitur in præside secundùm vnam lecturam, vel in assessore secundùm aliam: vel vtroque remoto durante officio secundùm nos. Secunda ibi: diuersum. Et principiū legit tribus modis. Vno modo [k] quòd loquatur in salario præstando assessori, & soli. Alio modo quòd loquatur in salario præstando assessori, & hæredibus defuncti præsidis. Tertio modo q̄ loquatur in salario præstito ipsi præsidi, & eo mortuo per hæredem præsidis præstando ipsi assessori. Itē alia pars habet duas lecturas: quia vno modo intelligitur In assessore remoto ab officio. Alio modo intelligitur in præside, prout in præside remoto intelligitur duobus modis. Vno modo quòd fuit remotus præses ob culpam assessoris. Alio [k] modo propter culpam suam: & consequenter trāctatur de salario assessoris. Et allegatur lex ista in arg. ad quæstionem, quòd licet Potestas in aliqua ciuitate decedat ante completum officium, hæredes eius nihilò minus petere possunt totum salarium: quia per eum non stat quò minus seruiat toto tē pore, secundùm Gul. ibi: cùm per eum &c. Credo quod bene dicat: sed hæc lex non facit. Nam loquitur quando moritur ille qui debet dare. Quæstio autem nostra est, quòd moritur ille, cui debetur. Vnde dico quòd hæc lex nihil facit. Sed est verum per aliam legē. scilicet per l. j. §. diuus. j. de var. & extraor. cog. q̄ hoc expresse dicit: ideo tene quod ibi dixi. Et nota text. & quod hic dicit, debetur, & cætera. Intelligo per hæredem præsidis, qui assessores conduxit. Et quod dicit in text. fuerunt. intellige quòd vacuum tempus prodest assessoribus, & continuetur cum tempore quo seruierunt: quia lex fingit eos seruiuisse, cùm per eos non steterit. Sed vbi operas suas alteri locauerunt: per eos stetisse videtur, cùm se obligauerunt alteri, nec possunt simul esse assessores, & seruire duobus: quia est impossibile. Similis ratio not. in l. talis scriptura. in fine. infrà, de legatis primo. Et quod dicit, ante tempus accipere: dic ipso remoto propter culpam, vel dolum. Nam nec sibi debetur integrum salarium, nec assessoribus à se: quia in dubio præsumitur remotus propter culpam assessorum: & sic per assessores stetisse videtur. Alij hic dicunt econtrà: & ista lectura potest etiam sustineri: quia si præses propter proprium delictum sine culpa assessorum est reuocatus ab officio: quòd totum salarium assessoribus debeatur, etiam si alijs elocauerint operas suas. [l] † Ego autem reuoco in dubium vnam lecturam huius legis, hoc modo

per Angelum.

¶ Criminaliū nō. vide bal. in l. j. C. qui ac cus. in q. qñ dicit nomē receptū iter reos.

℘ POMATES.

¶ Diē functo. Vide Roma. consi. lxxxv.

↠ P. P A V. P.

¶ Diē functo. Hanc lēgē, & eius materiā ad quæstiōes multas pertinētes, repetit d. Bap. de caccialup. Itē vide circa materiam istā Bar. in l. fi. C. de domesti. & protec. lib. xij. q̄ speciale est in domesticis & protectorib⁹, vt vno mortuo, hęres suus habere debeat salariū, nedū illi⁹ anni, sed etiā anni sequētis. Itē not. q̄ vbi hęres officialis mortui debet habere salariū, non est alius subrogandus, ne respu. duplici salario fatigeē. vide Bart. in l. matriculā. C. de argē tar. reb. lib. xij. Itē de materia salarij vide q̄ habes ī Bertachino in ver. salariū. in pen. col. vide quod dixit Ale. in cōſ. cccxlix. in prin. vbi ponit q̄ cen seē officialis cōducti cū salario solito. Et ibi etiā q̄ vicarius: quod si vicarius vel alius officialis noluit redire domū: sed alio proficisci: nō tñ tenebit longius potestas facere expensas itineris, quas tenebat facere si voluisset ire domū. & de vtroq; vide etiā Curt. hic circa medium.

¶ Diem functo. Vno modo. Adde Bart. in consi. clxxxiij. incip. quidam capitaneus, si officialis moriē in officio, si debet habere salarium totius tēporis: an debeatur salariū iudici, si non erat sententiam si per eum nō stat. & vide Ludo. Roma. in cōſ. lxxxiij. incipien. euidenter. Andr. Barba.

Sed posito q̄ esset verum in aduocato, cui [a] debetur salarium annuum: quid si non annuum, sed certè litis tantùm? Videtur q̄ ad mittatur ad totum, & quod eius hęredi cō petat petitio & retentio. Et hoc sequendo opi. glo. sed sequendo opinio. aliorum non debetur nisi pro rata temporis. Et loquor de salario promisso à parte, non à publico. De quo in dicta l. post duos. Et sic dicunt, [b] q̄ salarium debetur pro rata temporis, nisi pro labore debeatur salarium, ita q̄ pro rata laborū vbi labor debetur: cùm labor re- 6 spiciat diuisionem, vt d. l. Seio. † Sed an as- [c] sessores: durent mortuo præside vlq; ad aduentum successoris? Dic q̄ non: imò oportet q̄ alius surrogetur, vt C. de offi. eius qui vicē alte. ge. l. j. Et est ratio: quia si durarent assessores, deberetur eis salarium nec proce- [c] deret quod hic dicitur de locatione operarum: quia non posset assidere in alio præsidatu, durante officio eodem: vt not. C. eod. titu. l. nemo. la ij. & ibi glos. Nota ex hac le- [c] ge, q̄ si moritur ille, qui salarium dare tenetur, ante expletū officium eius, cui dare de bet: nihilò minus integrū debetur, nisi post mortem talis ante expletum officium acceperit aliud officiū & 7 salarium. † Allegatur hæc lex in argumentum ad quæstionem, quòd licet Potestas salariatus in aliqua ciuitate decedat ante expletum officium: quod nihilò minus hæredes possunt petere totum salarium: quia per defunctum non stetit quò minus seruierit toto tempore, secundùm Gulielmum hic: & bene dicit. Sed hæc lex nihil facit ad hanc quæstionem. Nam hæc lex loquitur quando moritur ille, qui debet dare salarium: quæstio autem nostra loquitur quando moritur ille cui debetur. Vnde dicas quòd hæc lex nihil facit: sed quod dixi tibi est verum, per l. quæ hoc expresse dicit: vt l. j. §. diuus. & ibi est optima glo. infrà, de var. & extraordi. cogni. & ideo tene quod dixi, & ibi not. Item nota. dicit glo. † quòd si iste, qui debet dare salarium officialibus suis, remouetur ante completum officium, & alius vocatur loco eius, quòd non debet dare salarium officialibus suis. Ratio est secundùm glossam: quia præsumitur remotus propter culpam officialiū: nisi fortè probaretur quòd Potestas vel capitaneus propter suam euidentem culpam foret remotus: tunc enim deberet officialibus suis de suo proprio totum salarium soluere. Itę dicit gl. q̄ si assessor fuit remotus, Potestas non debet ei dare salariū, &c.

¶ Remotus est potestas. Vide quod dixi secundùm hanc glos. in fi. huius l. & adde Barto. in l. Mæuia. in prin de annu. lega. & Bar. in l. j. §. diuus. de var. & extraor. cogn. Bal. in l. ed̄. C. loca.

℘ POMATES.

¶ Remotus propter delictum. Dic q̄ etiā potest remoueri propter crudelitatem. ita Bald. in l. ij. §. j. de his q̄ sunt sui vel alie. iu.

¶ In consi. in princip. Adde Lud. Roma. in cōſi. ccxiij. vbi disputat si quis potest reddere ius in propria patria. Andr. Barba.

¶ In consil. Et adde quod voluit glo. nota. in aut. de defen. ciui. §. iusiurandum. in ver. nulla.

℘ POMATES.

¶ In consilium. Vide Roma consi. ccxviij. aliàs ccxv. in j. col.

LEX III.

In consilio. Aliàs In consilium. Ratio quare curator potest assidere: quia publicum salariū non habet. Et est vna ratio. Alia ratio est: quia iste non est assessor inter conciues, sed inter fiscum & priuatum: vnde conciues ei inuidere non poterunt. Nam ratio quare quis non pōt in sua prouincia assidere, est propter suspicionē, ne qd gratioſè faciat, &c. Item, nemo Propheta acceptus in patria sua: vt no. ex q. cau. mai. l. hi qui. et Math. xiij. in fi. & no. ſ. e. Aliàs debet puniri: vt l. in cōſiliarijs. C. de assef. Vnde hęc suspicio, quā is habet de ipsis, facit ne ipsi in sua ciuitate possint assidere: & eos punit si assidēt sine principis pmissu: vt l. si cui. & l. hi q. præalle. Alia ratio assignat p alios. Et ideo hoc casu pōt in prouincia assidere: q̄ gratis seruit, & sine dāno reipublicę: & ideo admittatur, vt hic dicitur. Prima tamen opinio est melior, quā glo. hic assignat.

Sequitur arbor iurisdictionum.

Arbor iuriſdictionum.



Diffinitiones & declarationes iuriſdictionum.

a VRiſdictio in genere ſumpta diuiditur ſecũ dùm Pe.& Bar.in duas ſpecies(reiectis opinionibus gloſ.in l.imperium.ff.de iuriſdict. om.iudi.& doct.aliorum) ſcilicet in imperium,& in iuriſdictionem ſimpliciter ſumptam.Ideo operæpretium duxi non nullas hìc ſubijcere declarationes,ſeu potius diffinitiones ad huius arboris vel diuiſiõis iuriſdictionum notitiam.Et primò quid ſit iuriſdictio. Eſt autem iuriſdictio in genere ſumpta:poteſtas de publico introducta cum neceſsitate iuris dicendi:& æquitatis ſtatuendæ.gl.& ibi Bart.in l.j.ff.de iuriſdict.om.iud.gl.in auĕ.de defen.ciui.§.iuſiurandum. in gl. magna,circa medium.col.iij.Idem Bart.in d.l. imperium. & ibi Iaſ.dic q̃ ſi verba dictæ diffinitionis propriè intelligantur, non eſt opus ad dictam diffinitionem aliqua ſuppletione, prout facit Bar.ímò veriſsima & perfecta,vt ibidem latè per eundem. Et dicitur iuriſdictio à iuris,& ditione,quod eſt poteſtas: vt Inſtit.in proœ.§.quorum.in ver.ditioni.& in l.ij.C.de lib.& eo.lib. ſic dicit iuriſdictio,quaſi iuris poteſtas.Circa iſta quæro de quęſtione vtili.Princeps conceſsit alicui iuriſdictionem,nihil aliud addendo,vtrum per hoc videatur conceſsiſſe merum & miſtũ, an tantummodo iuriſdictionem in ſpecie ſumptam.Ang.& Iaſ. in d.l.imperium.in vj.col.dicunt,licet communiter doct. tenent contrarium,quòd princeps concedendo iuriſdictionem,concedit tantùm ſimplicem iuriſdictionem,& non merum & miſtum imperium:niſi princeps conceſsiſſet pleniſsimam iuriſdictionẽ: quia in tali ſuperlatiuo cenſetur conceſsiſſe merum & miſtum imperium.l.ſi in aliquam.§.cùm pleniſsimam.ff.de offi. procon. & leg.Idem & ſi per verbum omnímodam,gloſ.in Clemen.j.in verbo,omnímodam.de foro compe.

2 *Dominium quod transfertur per secundum decretum.*
3 *In causa noxali interponitur secundum decretum, etiam contra non latitantem.*
4 *Actio amissa per restitutionem in integrum resuscitatur.*

LEX II.

SEd alio.

Si absens. Suprà locutus eſt poſt ſatiſdationem præſtitam ſeruo abſente domino præſente: hic dicit an c
te præſtitā ſatiſdationē ſeruo abſente, et dño p̄ſente. Secūdò antè ſatiſdationē p̄ſtitā ſeruo p̄ſente, & dño abſente. Secūda ibi: ſed & ſi ſeruus. Et breuiter. h. d. ſeruū abſentē dñs
debet defedere, aut ſatiſdare p eo: ted ſeruū p̄ſentē ſi nemo defēdat, pōt qs capere ex ſecūdo decreto, & ſi dñs reſtituat̄: reſtituet etiā actor. hoc dicit Pet. de Bel. pertica reperijt et tractauit materiā primi & ſecūdi decreti quā gl. tractauit plenè in l. ſi finita. §. Iulia. j. de damn. infec. Cy. etiam reperijt, & poſuit repetitionem Pet. & eſt vltima repetitio quam Cy. fecit in prima parte Digeſti veteris. Et quærit gloſ. * ad quid ſiſtetur iſte ſeruus in iudicio, & ad quid prodeſt. Dic vt in gloſ. ex qua apparet declara-
1 tio text. vide eam. Et not. ex iſta † gloſ. de confeſsione ſerui: quia interdum ei creditur. quod eſt valde not. & concluditur q̄ confeſsioni ſerui habitæ, per tormenta ſuper facto proprio ſtatur contra dominum. Et ſic facit ad queſt. quam diſputaui de filio delinquente, quam plenè poſui in l. cùm filius. in princ. j. de verbo. oblig. Et incipit illa quæſtio, Peruſinæ ciuitatis ſtatuto cauetur, &c. Hoc præmiſſo opp. de iureiur. l. eum qui. in prin. Solu. hic negans dolosè tenetur in ſolidum, ſi eſt probatum contrarium aliter quam per iuramentum: quia ſi per iuramentum eſſet probatum. tunc ſecus: vt in l. contra. & hic in gl. ſuper verbo, deditione. Oppo. j. eo. l. pen. Sol. hoc intellige, hic manumiſit ipſe proximior: ibi aliūs. Opp. gl. de l. ſi fundū per fideicommi. & l. ſi quādo. §. hæres. j. de leg. j. & non ſoluit. Sed dic quòd ibi per alie
nationem nō tollitur poteſtas ſoluēdi, quæ ante cōperebat: quia nō alienauit cum dolo. Nam in l. ſi fundū. alienatio facta fuit de voluntate legatarij: in l. ſi quando. §. hęres. fuit ex poteſtate iuris. vel dic quod hic res deſijt eſſe: quia eum interfecit vel manumiſit. Vlterius no. ex hoc fine tria. Primò † quòd per ſecundum de-
2 cretū transfertur dominiū, ſi ille, contra quem interponitur, erat
3 dñs: licet alij cōtra: vt in gl. Secūdò no. † quòd in cauſa noxali interponitur ſecundum decretum, etiam contra non latitātem. quod apparet quia abſens reſtituitur, ex quo apparet quod non latitabat quia non ſe occultabat turpiter, vt l. Fulcinius. §. quid ſit autem latitare. ex qui. cau. in poſe. eatur. Item apparet quod valet ſecundum decretum: aliàs non eſſet neceſſaria reſtitutio. Simile in cauſa damni infecti. vt l. ſi finita. §. ſi forte j. de damn. infecti. In aliįs ſecus, quia requiritur latitatio: vt l. Fulcinius. §. j. quibus ex cauſ. in poſ. ead. Et eſt ratio: quia hic dominus tenetur ex qualitate rei pro qua conuenitur, non ex facto ſuo. De hoc per doc. C. de reſti. mili. l. intelligitur. aliàs eſt l. ignorare. & ibi dixi in dicto §. ſi fortè. & in §. Iulia in eadem
4 l. Vltimò † not. quod actio amiſſa. per reſtitutionem in integr. reſuſcitatur. Sed puto q̄ ſicut illa quæ reſtituitur abſenti dicit vti

↠P. PAV. P.

a ¶Qui iurato p. vide Felt. in c. conſtitutus. verſi. authoritas cum ſeq. extra de reſcrip. Iaſ. hic & Deci. in d. c. cōſtitutioni bus. in iij. col. qualiter autem conſideranda ſit authoritas ſuperioris. vide latè et pulchrè Alex. conſil. xxiiij. ad finem.

b ¶Legitima. Adde poſt doct. Io. ca. conſilio x. & facit vltra ipſum quod iurans non fideiubere pro aliquo, tamen ſi fide iuberet in caſu magnę neceſsitatis, non dicitur periurus. Et inquantum dicit an ſit periurus ille qui habuit in ſecreto aliquid, ſi illud propalat teſtificando, vide latè d. Car. conſi. xxxv. Et inquantū ponit an laici poſsint diſponere ſuper iuramento; vide quæ poſui in l. omnes populi. vbi Bart. ponit.

c ¶Et quærit gloſ. Et ita contra patrem vi de Bar. in d. l. cum filius. quam dominus poteſt reuocare. Andre. Barba.

¶ Pro intellectu l. si vnus. §. pactus ne peteret. ver. sed si pactum. ff. de pactis.

2 ¶ Cõtrarium. Adde post do. Iaf. dum ponit q ignorãtia probatur per iuramẽtũ, quod puchrè voluit Ro. consi. iiij.

☞ Vide Carolũ Ruinum in §. Cato. in iij. char. Ant. Alexan.

lis: ita illa quæ præsenti contra quam petitur restitutio: & sic non est eadẽ quæ resuscitatur, vt C. si aduersus transac. l. j. & dixi plenè in l. meuius. §. duobus. in sexta oppositione primæ partis. j. de leg. ij. & l. qui res. §. aream. j. de solutionibus.

1 ☞ *Qui mentitur negando id, ex quo uult intentionem suam fundare, amittit suum priuilegium.*

2 *Conuictus de maleficio, potest probare quòd illud fecit ad sui defensionem.*

3 *Iudex in re mobili immutato decreto & præcedente contumacia rei & causæ cognitione requisita in secundo decreto potest transferre ius plenum, quo ad causam noxalem damni infecti, & etiam quando agitur ad præstationem aliquam.*

4 *Rescisso secũdo decreto rescinditur deliberatio ex eo q̃ sita: & uetus actio instauratur.*

5 *Decretum quid sit. Et quid primum, & quid secundum. Et multa circa hæc. remissiuè.*

6 *Confessio serui uel filij in iudicio promisso contra dominum uel patrem ex facto eorum nocet domino & patri.*

7 *Stante statuto quòd pater teneatur soluere condemnationem pro filio: pater ipse admittitur ratione sui interesse ad probandum contra confessionem filij.*

Si absens. Iste §. diuiditur in duas partes. Primò loquitur quando dominus conuentus noxali erat præsens & seruus absens. Secũdo loquit͡ econtra q̃n seruus erat præsens: & dñs absens. Secunda ibi: sed & si seruus. Itẽ prima diuiditur in duas: q̃a primò ponit tria priuilegia, quæ habet dñs. Secũdò ponunt duæ causæ, in quibus admittunt͡ dicta priuilegia. Secunda ibi: si verò falso. Itẽ secunda pars principalis diuiditur in tres partes: q̃a primò ponitur de remedio agentis, quod habet rescissa datione pro noxa eis facta per iudicem. Secunda secundæ incipit ibi: sed causa cognita. Tertia ibi: ergo & actori. & hoc dicit in summa: Si dñs præsens est, & noxali conuenitur ex delicto serui absentis, si dñs illũ seruum esse in sua potestate fatetur, alterũ de tribus eligere debet: vel promittere de iudicio sisti seruum, vel iudiciũ noxale suscipere, vel cauere de dãdo eum pro noxa, cũ ad manum eius peuenerit. Si verò dño absente præsens seruus nõ defenditur, iussu iudicis ex primo decreto, deinde ex secundo capit͡ pro noxa: dño autem reuertente ex causa succurritur, & datio seu noxæ deditio rescinditur, & noxalis actio restituit͡ agenti. h. d. In tex. ibi: si quidẽ. hoc ideo dicit: quia in actionibus noxalibus ante omnia fit ista interrogatio: vtrũ is, quẽ q̃s vult ad iudiciũ vocare, & noxali actione cõuenire, sit dominus, vel non. In tex. ibi: eum exhibiturũ. dic cum effectu dationis pro noxa. In tex. ibi potestatẽ esse. dic, scilicet seruum. In tex. ibi: sine

1 noxæ deditione. Nota q† quis mentit͡ negando id, ex quo post ea vult intentionẽ suam fundare: & suũ priuilegiũ, quod habet, perdit. hic enim priuilegij fundamentũ, & facultas seruũ dandi pro noxa, est eo quia dñs. Si ergo negauit se dominũ, in hoc punitur de mendacio cõuictus: quia perdit priuilegium prælationis: vt l. fi. qui po. in pig. hab. aliàs aut. item possessor. Ius aũt possessionis non perdit à reo ratione mendacij: vt C. de except. l. si

2 quidem. Ideo dato† q̃ quis sit cõuictus de maleficio põt probare q̃ illud fecit ad sui defensionẽ, secundũ Iac. de Are. Alibi tenet Dy. cõtra in c. nullus pluribus. extra de reg. iur. lib. vj. cuius opinionẽ practici assessores errantes sequuntur. In tex. ibi: esset. & esse posset, secũdũ gl. & alios. In tex. ibi: ducendus. primò ex primo decreto:: deinde ex secundo decreto: de quo hic loquitur secundũ Odof. Et hoc eodẽ modo intelligit glo. istum. §. in secũ

3 do decreto. Iac. de Ra. dicit† q̃ in re mobili iudex immutato decreto præcedente contumacia rei cum causæ cognitione, quæ aliàs exigit͡ in secũdo decreto potest transferre ius plenum in re mobili: & sic intelligit istũ text. Hoc etiã sequitur Cy. Cùm igit͡ hoc decretum non intelligatur primũ, quia nõ interuenit secundum: nec secundum, quia non præcessit primũ: sed dicitur vnũ tantum decretum habens plenum effectum. Si enim tu legeres istum tex. vlq; ad mille annos, non inuenires in text. dictum de primo & secundo decreto. Non tamen nego in re mobili iudicẽ posse dare primum & secundum decretum, si vult hoc obseruare quod obseruatur in re mobili. Sed contra prædicta facit j. de re iudi. l. à diuo Pio. §. exequuntur. vbi primò interponitur primum decretum, postea deuenitur ad secundum, s. ad venditionem: ideo dictũ prædictorum videtur restringendũ ad causam noxalem, vel ad aliam causam, in qua fit eadẽ ratio, vt in causa damni infecti, & hoc esse puto quando agitur ad aliquam præstationem respectu rei, in qua facta est missio. Sic intelligo prædictos doc. Ibi enim quodam modo videtur res affecta etiam nullo intercedente decreto: ita q̃ idem operetur rem esse affectã & primum decretũ. & hoc modo restringo opi. prædictorũ doc. In tex. ibi: in sua noceat. Concor. j. de dam. infec. l. si finita. §. si for-

4 tè. item adde quid not. per Cy. C. de resti. mil. l. ignorare. Ergo no. † q̃ rescisso secundo decreto: rescinditur liberatio ex eo quę sita: quia vetus actio instauratur, etiam si fuisset talis quę cõpe-

5 ret ad vindictam, vt iniuriarum, & noxalis: vt hic. Non obstat j. de pac. si vnus. §. pactus ne peteret. versiculo. sed si pactũ. quia ideo est: quia restituitur actio, & retro fingitur nunquã fuisse liberatus: quia ista non est alia à prima inspecta ista fictione. Cy. addit ad hoc j. de iure fis. l, deferre cum l. seq. & est optima concor. In tex. ibi: esse cœperit. hic tractant doc. de materia primi & secundi decreti: quam hic sequitur Odof. Sed si vis† subtilius scire quid si decretum in genere, quid primum decretum cum ista adiectione, quid secundũ, quare dicatur, quo iure perat͡ interponi, an iure actionis, an officio iudicis. & si officio, iudicis an sit officiũ mercenarium aut nobile, & si quo iudice interponat͡. Et an iudex dũ interponit secundũ decretũ, vel dũ partes petunt interponi debeat sedere pro tribunali: & quo ordine quo ad citationem: & quo ordine quo ad fidem de debito, & qualis iudex sufficiat quo ad primum decretũ. Et inquãtũ & in quo fiat missio in actionibus realibus mistis vel personalibus hypothecarijs: & de intellectu glo. quæ est in l. iij. §. fi. de acqui. pos. & in seruitutibus, de intellectu l. si prius. j. de no. ope. nun. & j. de dam. infec. l. à quo. & j. si ser. vend. l. is cuius. Et an in querela inoffi. testa. & in actione ad exibendum possit interponi decretum primum. & quis est effectus primi decreti: & quis est effectus respectu detentationis in personali respectu possessionis, in reali respectu custodiæ, respectu fructuum perceptionis, respectu fructuũ vẽditionis & locationis, respectu fructuum lucrationis in quibusdam rebus mobilibus & immobilibus, & in quibuscunq; causis & iudicijs, vide plenissimè hic per Cy. in commẽto vbi reperies declarata omnia iura loquentia in ista materia. idem prosequit͡ in secundo decreto. & breuiter adde j. de liber. ho. exhi. l. iij. §. pẽ.

6 In glo. ij. ibi: foitè crederetur. Not. † q̃ in iudicio quod proponetur contra dominum ex facto serui, vel cõtra patrem ex delicto filij ex forma statuti, confessio facta per aliũm vel seruum nocet domino vel patri, nisi probent contrarium: vt in glos. quod not.

7 Sequitur in gl. cõtrariũ cõfessioni. Ex ista gl. † liquet apertè q̃ si filius est accusatus de homicidio, & pater teneatur soluere condemnationem pro filio ex forma statuti, q̃ contra confessionem factam per filium qui fecit homicidium pater ratione sui interesse pecuniarij debet admitti ad probandum contrarium, per

a istam glos. quid bene not. & vide quid plene dixi in l. cum filius. in princ. de ver. ob. Additio.

1 ☞ *Contumacia procuratoris licet noceat domino quo ad primum decretum: non tamen ut perueniatur ad secundum.*

Si cum vsufruct. Forma decreti quid interponitur contra fructuarũ est vt ei vsusfructus persecutio denegetur. Hoc dicit. Nota quod dixi in summario. in alijs autem qui non sunt perfecti domini, sed habent ius aliquod in re, qualiter interponatur secundum decretum, dic vt j. de dam. infec. l. si finita. §. si de vectigalibus. & §. si qua sunt iura. Oppo. vlusfructuarius dicitur esse procurator domini, ad defendendum illam rem: vt l. j. in fi. vsufruc. quemadmo. ca. & l. j. §. fi. de no. ope. nũ. Ergo tanquam ex contumacia procuratoris domini potest peruenire ad secundum decretũ in adiudicationẽ dñij: vt j. de dam.

1 infec. l. dãni. † Sol. Concedo q̃ contumacia procuratoris nocet domino, vt possit peruenire ad primum decretũ cõtra eũ: vt l. eum qui. C. de procu. & de digni. l. quoties. non tamen q̃ possit peruenire ad secundum in præiudiciũ domini: vt hic, & l. hoc amplius. §. fi. cum l. seq. j. de dam. infec. & ibi dixi. Vidistis in l. j. §. si procurator. s. si quis ius di. non obtempe.

1 ☞ *Quod commune est, meum est.*

Si cũ vno. Qui aliũ ex necessitate defendit, videtur suo nomine esse ĩ iudicio. h. d. Quæro, de qua cautiõe loquit͡ hic. Dicit gl. & bñ, de cautiõe iudicatũ solui. Cautio enim de iudicio sisti semper debet præstari, nisi possideret immobilia. & ista est vera. Opp. & videtur q̃ sufficiat defensor pro parte: vt l. plures. j. de dam. infect. & l. in hanc stipulationem. eo. ti. & j. de neg. gest. l. si communes. Sol. vt dixi in d. l. in hanc stipulationem. & dicam in d. l. si cõmunes. Scias etiam quòd ista lex loquitur domino volente defendere: nam si vellet cedere pro parte sua suo iuri, bene admitteretur: vt j. de noxa. l. si seruus communis. & h. d. principium huius glos. Vltimò† not.[a]

1 gl. ex hac l. quod commune est, meum est. ad quod opp. gl. & nõ

a solut. Dic plenè vt l. serui electione. §. j. de lega. j.

1 ☞ *Conditio personæ, quæ erat tempore sententiæ, inspicitur in imponendo pœnam.*

2 *Laicus delinquens, qui postea effectus est clericus, quomodo puniatur & per quem.*

b **Si seruus.** Si seruus sistatur liber factus in causa criminalibus nõ videtur in eadem causa sisti, nisi ei libertas fuit annexa: secus in ciuilibus noxaliter intentatis. h. d. Not. q̃ grauius punitur seruus quam liber. Secundò nota† q̃ imponendo pœnam inspicitur cõ-

1 ditio personæ, quæ erat tẽpore sententiæ: non quæ erat tempore delicti. Opp. quòd eo ipso quòd desinit esse promissoris, videtur sistere in alia causa, vt §. eo. l. j. §. si desinat. Sol. hic non fit liber facto p̃missoris: vel dic etiã facto p̃missoris et ideo tenet͡ etiam eo casu quo cõditio actoris ad experiendũ fit deterior: vt in primo casu legis. Sec͡ si nõ fiat deterior: vt in secũdo. Modo habes primã gl. Opp. q̃ debeat inspici cõditio quæ fuit tẽpore cõmissi delicti: vt j. de pœ. l. j. istud cõtrariũ est difficile. dicit gl. hic loquit͡ in publicis criminib͡: ibi in priuatis. Et quod hic dicit, iniuriarũ: intelligo eo casu quo iniuria est crimẽ publicũ: vt l. quòd senatusc. j. de iniur. Istud displicet nostris doctoribus. Nam hic sumus in materia noxalium actionũ, quæ nõ habent locum in criminibus publicis & capitalibus: vt l. quis sit fugitiuus. §. q̃d aurẽ. j. de ędil. edic. Itẽ l. j. j. de pœ. est in materia publicorum iudiciorũ: ergo de publico loquitur. Ideo Gul. dicit totũ econtra, quòd hic loquit͡ in criminibus priuatis, ibi in publicis. Ratio: quia in priuatis imponitur pœna extraordinaria arbitrio iudicis: vt l. fin. j. de fur. & de iniur. l. fi. Ideo iudex inspiciet conditionem personæ, quæ est tẽpore sententiæ. In publicis verò criminibus pœnæ sunt limitatæ: vt j. de publi. iudi. per totũ. Ista opi. Gul. videtur contra l. in iuriarum æstimatio. j. de iniur. ideo dicendum q̃ hic loquitur in criminibus publicis vel priuatis, in quibus pœna imponit͡ arbitrio iudicis, quam iudex ex æquitate mitigat secundũ tempus sententiæ. In cõtrario loquit͡ vbi est pœna determinata: & sic iudicis arbitrio non erit imponenda. Et hoc voluit hic gl. dicere secundũ vnam opi. dum dicit hic secundũ æquitatem quæ mitigat pœnas. Quod intelligo quando hoc est in arbitrio iudicis:

2 vt dixi plenè in d. l. j. de pœnis. † Et hoc facit ad quæstionem[c] de

c delinquere, qui effectus est clericus: vtrum puniatur vt clericus, an vt laicus. Et vtrum per iudicem laicum, an per ecclesiasticũ. de quo hic per Gul. & Iac. But. & per Ioan. Andr. in c. j. extra de oblig. ad ratioci. Ego dixi in d. l. j. j. de pœnis.

1 ☞ *In actionibus ad vindictam unam tollit aliam: quia executio vindictæ habet annexam satisfactionẽ.*

2 *In pœnis quando tempus delicti, & quando tempus sententiæ inspiciatur. & nu. 4.*

3 *Qui promisit dare schacum matum cum pedona, implet promissa, si dat schacum cum pedona effecta regina.*

4 *Laicus effectus clericus post maleficium commissum, quomodo & per quem iudicem puniatur.*

Si seruum. Primò loquitur in iudicio criminali proposito contra seruum, quem dominus promisit exhibere. Et dicit quod si dominus non exhibet eum in statu seruitutis, sed libertatis: non exhibet eum in statu seruitutis, sed libertatis: non dicitur in eadẽ causa sistere: quia aliter iudicaret de seruo alicuius, vt vindicta sumatur, quam de libero. Secũdò loquitur in domino criminaliter conuento noxali qui promiserat seruum sistere, & exhibet eum statuliberum. Dicitur q̃ nõ intelligitur in deteriori causa sistere quo ad agentem. In fine legis redit ad primã partem: & dicit q̃d si statuliber erat accusatus de aliquo crimine, dominus promisit eum sistere, & exhibet eum liberum ex causa veteri, non intelligitur eum sistere statu mutato de nouo, eò quòd erat implicitus veteri. Item quia erat ille antiquus status ordinatus ad istũ liberandum. Hoc dicunt istæ duę leges. Secunda pars istius legis in

1 cipit ibi: quod autem, &c. In tex. ibi: satisfit. Ista est † ratio quare in actionibus ad vindictam vna tollit aliam: quia executio vindictæ habet annexam satisfactionẽ: vt hic, & j. de iniur. l. sed & si vnius. §. si ante iudicem. & facit eo. tit. l. quod Senatus. & quod no. in l. cùm emancipat. §. emancipatus filius de col. bon. In tex. ibi: aliter de libero. Hoc

2 videretur † falsum tempore delicti. Nam tempus delicti, non sententiæ, videtur inspiciendum: vt l. j. j. de pœ. Respondet gl. q̃ hic loquitur in crimine publico: ibi in priuato. Gul. dicit totum oppositum, q̃ ista lex loquitur in crimine priuato: illa in publico. Et q̃ ista lex loquatur in priuato, apparet ex tractatu, in quo est posita. Est enim posita in tractatu noxalium actionũ, quæ non habent locum in publicis criminibus: vt j. de ver. sig. hæc stipulatio. j. de ædil. edic. l. quis. sit fugitiuus. §. ooxas. Et q̃ il

la. l. j. j. de pœnis. loquitur in crimine publico, est glo. j. de statu libe. l. statuliber à cæteris. in princi. Ideo dicit ipse, si crimen est priuatum pœna est arbitraria, ita q̃ nõ potest dici impositа, sed imponenda: ideo tempus delicti debet circa eam considerari, vt hic. d

S ed in criminibus publicis pœna est à lege impositа & ipso facto cõtrahit͡ quãtũ ad vinculũ quo quenit͡ ad sententiã. Nõ dico q̃ possit punire nõ mediãte sententia: vt j. de custo. reo. l. si cõfessus. ideo si obligatio est cõtracta ad pœnã certã, nõ põt mutari. Illa enim dicit͡ obligatio certa quæ specialiter est vniformis, vt §. si cer. pe. l. certũ, & l. cũ qd. Ista sententia est Ia. Bu. prædicta vera in qualitatibus, quæ insunt quasi naturaliter, per quas status p̃sonæ mutat. Si aut͡ ex accidẽti emergũt saluo statu personæ: tunc tempus sententiæ considerat: vt in aut. vt iud. sine quo quo suffra. §. interdicimus. col. ij. exemplũ in eo qui erat officialis tempore delicti, & tempore sententiæ nõ. vel econtra, secundũ Gul. & Ia. Bu. et Iac. de Bel. dicit aliter, vt dicã in gl. In tex. ibi: q̃a implicitus, &c. Et quia libertas procedens ex causa de præterito fingitur retro ad tempus causæ: vt j. de ma. testa. l. Neratius. in his l. quæ non habent præiudicare possessoribus medij temporis. & sic fingitur retro quo ad quid, non in præiudicium possessoris: vt l. j. §. ferui. j. ad Syll. Si ergo trahitur retro, tẽpore p̃missionis fingitur fuisse liber: ideo sistitur in eadem causa: vt s.

3 tit. j. l. Iul. Et inducitur † in ar. ad quæstionem de eo qui promisit dare schacũ matũ cũ pedona & pedona fecit reginã: sed nihil fecit: q̃a ibi nõ inerat illa causa tẽpore conuentionis, ita q̃ ex alia qua causa veteri posset dici q̃ immediatè procederet: sed habebat factum, & fiebat promotio ad aliquod officium: vt l. legatis seruis §. ornatricibus. de leg. iij. secundùm doc. In gl. super verbo,

4 vindicta ibi. de priuatis criminibus. Tu dic, † aut pœna est communis, i. eadem in libero & seruo: & tunc inspicitur tempus delicti tam in publicis quam in priuatis criminibus. vt ibi. Aut pœna est͡ specialis, maior in seruo quã in libero, sicut est regulariter: & est corporalis: siue sit capitalis, siue non siue crimen publicum, siue priuatum, non est vis: vt hic manifestè apparet, si nõ calũnietur, tunc spectabitur tempus sententiæ: vt hic. Et est ratio: quia delictum est causa pœnæ, & nõ persona causa pœnæ Sed cùm personæ conditio mutatur & causa: quia causa cessante, &c. vt C. de epis. & cler. l. generaliter. & maximè fauore libertatis. Sed quid si liberto fiat seruus, & tunc similiter debet spectari tẽpus delicti: vt ibi. Nã pœnæ sunt emolliendæ: vt j. de pœnis l. interpretatione. Sed contra fol. gl. videt͡ j. de sta. lib. l. statuliber. in prin. Sed potest͡ responderi q̃ statulibero existente in statu libertatis pœna, imponit͡ secundũ Iac. de belui. Tu dic vt dixi. s. super tex. secundũ Iac. But. & Gul. de Cu. Et faciunt prædicta

5 † ad q. de eo q̃ est effectus clericus[d] post maleficiũ cõmissum. Vbi

d dico aut est præuentus à iudice seculari: & tũc non mutat forũ p̃ tale clericatũ: vt j. de iudi. l. si q̃s postea. s. de iurisd. om. iu. l. cũ quæ. dã puella. Aut nõ fuit præuẽtus: & tũc aut mutat conditionẽ, & assumit clericatũ in fraudẽ. Quod præsumit͡, si iã erat diffamat͡, vel præparauerat se iudex ad cognoscẽdũ de crimine. & idẽ secũdũ Iac. & Gul. Aut nõ in fraudẽ: & tũc dicẽdũ est q̃ mutat forũ. Vnde nõ poterit procedi p̃ iudicẽ seculare, sed ecclesiasticũ.

Item mutat pœnam quantum ad eam quæ nõ potest͡ imponi à

a ¶ Vltimo no. Et vide q. not. per Bald. in l. j. C. qui test. face. pos. & ibi do. Lu. & vide Bart. in l. ij. j. de condi. insti.

b ¶ Si seruũ. Et vide Bald. in l. obseruare. §. proficisci. s̃. de off. procon. Ad quod allegauit istam l. nota. in l. fi. C. ad Maced. Vide Bfid. de Plum. in l. statu libe. ff. de statu lib. in princip. Bart. in l. omnes populi. de iusti. & iu. et in l. j. ff. de pœ. Sal. in l. ij. C. de infami. doct. hic. Sed quid si pœna venit imponẽ da ex consuetudine, vide Barb.

c ¶ Et hoc facit ad q. Et de hoc vide Bald. in l. officiales C. de epi. & cle. & ibi ego remisi plenè. And. Barba.

¶ Clericus. Adde Old. latè consi. iiij.

POMATES.
a ¶Rem verſo. Vide Præpoſi.c.quod dicitur j.col. xvj. diſt.& Bart.conſil.xxxviij. in pe.colũ.
P. P A V. P.
b ¶Sola citatione. An autẽ intermiſsio præſcriptiõis cõtra principalem porrigat effectus contra fideiuſſorem,vide Bar.in l. cùm quis.§.ſi quis.p reo. ff. de ſolut. vide Ang.conſil.lxxij.incip. quidã Andreas. & vide circa dicta per Barto. hic quæ habes ad Barto. in l. ij.§. ſi rem alienam. ff.pro empt.vide latiſsime Iaſ.hic in materia iſta.
POMATES.
c ¶In priſtinum.Not. ibi in priſtinum debitorẽ. nunquid autẽ iſte tex.qui loquitur in dãno euitãdo procedat in lucro non amittendo, vt tunc etiam poſsit agi contra reum effecto alio paupere,vide Alex. q̃ ſic in l. ſi conſtante.ij.& iij. colũ.in fi. ff.ſolu.matri.

iudice eccleſiaſtico?. Vnde ſi à ſeculari veniſſet decapitandus,nõ decapitabatur pro delicto ab eccleſiaſtico. Sed debet iudex eccleſiaſticus imponere pœnam magis ſimilem q̃ poterit pœnæ decapitationis. & hoc eſt verũ in pœnis ordinariis,in quibus inſpicitur tẽpus delicti.Sed in extraordinariis pœnis, in quibus inſpicit tempus ſententiæ:tunc iſta quæſtio nõ habet dubium quia iudex eccleſiaſticus imponit eam ad arbitrium ſuum, ſecũdũ prꝫallegatos doc. Et vide per Ioan.And.in c.j.extra de obli. ad ratiocinia.& per Dyn. j. de excu.tuto.l. idem Vlpianus. Additio.

De eo per quem factum erit, quo minus quis in iudicio ſiſtat. Rubrica.

Continuatio patet.Quærit gl.in quo differt iſte ti.ab eo,ne quis eũ,qui in ius vocat, eſt,vi eximat.Et aſsignat quatuor ratiões. Tres primæ ſunt veræ: vltima dicit q̃ hic tit.loquatur poſt ſatiſdationem, ille ante ſatiſdationem. Quod non placet. Nam hic etiam loquitur ante ſatiſdationem:vt l.ſi.in prin.j.eo. & ibi videbitis.Nota tamen finẽ huius glo.quę dicit arguendum. per quod Mar. Syl. determinauit tutorem confirmatum eſſet teſtamentarium potius quam datiuum,ex ordine titulorum:quia ponitur titulus de confirmãdo:tutore,poſt tit.de teſta.tute. Poſtea de legi. tut. Poſtea de tuto.& cura.da.ab his.de quo per doc.C.de confir.tuto.& not.per glo.Inſti.de tute.§.ij.

1 ☞*Quis poteſt eſſe credulus in præiudicium loquentis,non tertij.*
2 *Reſpondenti poſitioni perſuaſione aduerſarij datur reſtitutio.*
3 *Nuncianti mihi aliquid ad mei præiudicium,non teneor credere niſi reddat me certum inſtrumento,uel teſtibus.*

LEX I.

AEquiſsimum. In eũ cuius dolo factũ eſt quò minus quis in iudicio ſiſtat,datur actio ad intereſſe.h.d. Oppo.quí per alium facit, nõ tenetur verbis edicti, niſi ſit expreſſum lege:vt ſ.ne quis eum qui in ius voca. eſt vi exi.l.ſed eximendi.§.fi.cũ l.ſeq. Solu.Hæc verba edicti ſunt ſcripta in rem,hoc eſt, ita vniuerſaliter q̃ comprehendunt etiam fieri facientẽ. Dicunt enim de eo per quẽ factum eſt,quò minus quis in iudicio ſiſtat, vt per quem factum erit,ſcilicet aliquid ex quo ſequaꝫ iſte effectus:ergo verbis edicti comprehendiꝫ.Sed in contrario verba dicebant,ne quis eximat:& ſic loquebaꝫ determinatè.ille aũt, qui mandat: non eximit,ergo fuit ibi neceſſe exprimi.Secũdò opp.& videꝫ q̃ inſpiciatur animus facientis:vt l.cũ quidã.§.pe.j.de acquir.hære.glo. non ſoluit.Dic ibi in additione hæreditatis, in qua inſpiciꝫ animus adeuntis:hic in delictis,in quibus inſpiciꝫ animus mandãtis,non inſpecto animo faciẽtis,vt hic, & j. de iuriſdictione om. iud.l.ſi quis id qđ.§.doli.Contra hoc facit j.de fur.l.ſi quis.§.fin. Tu dic vt in d.§.doli. Oppo. tertiò de eo quod tex. dicit qđ iſte nõ debuit eſſe nimiũ credulus:vt hic dicit Iuriſconſultus. Contrariũ facit l.iij.§.ſed ſi ſic.j.de in rem verſo.Gl.nõ ſoluit.Tu dic
1 q̃†in p̃iudiciũ nunciantis ſeu loquentis,ego poſſum eſſe credulus:nec ipſe põt mihi imputare,cur fuiſti credulus.Et ita loquiꝫ hic:& ideo poſt nũciationẽ,&c.Sed in p̃iudiciũ tertij nõ debeo
a eſſe credulus:vt d.l.iij.§.ſed ſi ſic j.de in rem verſo. [a] & qñ actio
2 de peculio eſt annalis.l.j. Et per hoc dico † q̃ ſi poſitioni factæ per te ego reſpondeo cõfitẽdo,& erro,ꝓpter ſuaſionẽ tuã poſſe iuuari.Credidi enim perſuaſioni tuæ:& eſt iuſta cauſa cõceden dæ reſtitutionis: vt l.j.§. fi.& ibi not. qñ actio de pecu. eſt anna.
3 Itẽ no.†q̃ ſi nuncias mihi aliquid quod faciã, vel quod dem ad præiudicium meũ,non teneor tibi credere, niſi me reddas certum inſtrumẽto vel teſtibus:vt lege ſi quis inficiatus.j. depoſi.et l.quod te.j.ſi cer.peta.facit quod no.j.de reg.iur.l.qui in altetius.

Si reus. Non videtur intereſſe eius qui aduerſus obligationem tutus eſt exceptione.h.d.Opp.j.de lib.leg.l.qđ mihi.gl.non ſoluit. Dic q̃ hic loquitur de actione quæ datur ad intereſſe, quod intereſſe ceſſat per exceptionem. Ibi de actione quę datur ad aliud.Et per hoc dico quod ſi per exceptionẽ non eſſet plenè conſultum reo:quia ſua intereſſet plus quod daretur actio contra actorem:tunc enim non poſſet eſſe contentus exceptione:& ſic ceſſat ratio tex.quare,&c.

Si plures. Quãdo plures tenẽtur ad intereſſe vnius ſolutio liberat aliũ.h.d.Opp. de l. ſi quis id qđ.§.fi. cũ l.ſequẽ.ſ.de iuriſ.om.iudi.Sol.ibi erat mera pœna,hic intereſſe.Opp.de l.pe.§.fi.ſ. ne quis eum qui in ius voca.Solu.eodem modo ibi erat mera pœna, licet imponeretur ſecundũ quantitatem intereſſe,vt ibi dixi.Cõtra hanc ſol.opp.quod etiam vbi eſt mera pœna vnius ſolutio liberat aliũ.j.quod met.cau.l. ſi cũ exceptione.§.fi.cũ l.ſeq.gl.dicit fallit ibi.Tu dic q̃ ibi actio nõ erat ab initio pœnalis,ſed rei p̃ſecutoria. Et ideo diſtingue:aut actio cõtinet intereſſe,aut meram pœnã.& hoc ſecundo caſu. Aut ab ipſo initio erat pœnalis,aut cœpit eſſe ex poſt facto,vt expreſſis patet. Quęro extra gloſ.an in caſu huius legis ſoluens poſſit repetere ab alio quem liberat glo.j.de actio.& oblig.l.ex maleficijs.§.is quoque.el.ij.videtur dicere quod nõ,ſi eſt verũ maleficium.Secus ſi eſt quaſi maleficium,vt ibi nota.Adde l. perceptione.ff.de his qui deiece.vel effu.

Serui nomine. Opp.& videtur quod nihil ad hęredẽ poſsit peruenire.Solue vt in gl. Secundò opp.j.de dam.infect.l.ſi quis miſſum.§.actio.Solue vt in glo.

LEX II.

IActoris. Ex facto ſeruí dominus tenetur ſciens inſolidum.aliàs noxaliter.h.d. Opp.& videtur quod ſiue dominus fuerit ſciens, ſiue ignorãs, ſemper contra eum cõpetat exceptio.Nam reus impeditus ideo tenetur:quia habet actionẽ contra alium,vt j.tit. j.ij. §.fi.cum l.ſeq.& ideo eam cedendo liberatur.vt l.quod debetur. j.de pec.ſed ipſam nõ poteſt cedere dominus contra ſeipſum:& ideo ſemper videtur q̃ cõtra dñm obſtet exceptio.Sol.Intelligas q̃ factũ ſerui erat tale,ex quo poterat conueniri ipſe ſeruus:non autẽ contra dominũ excipi.Verbi gratia, ſi ſeruus denunciauit aliquid triſte nam non imputatur reo, ſi fuit credulus agendo contra ipſum ſeruum.Sed ſi dominus ageret ex ſtipulatione,nõ poſſet excipere de tali impedimento. Imputatur enim ſibi cur fuit credulus in præiudicium alterius,vt ſ.l.proxima circa princip.Lex verò cõtraria loquitur quãdo fuit iuſtũ impedimentũ.

1 ☞*Actio in factum oritur ex edicto,quando in eo non exprimitur nomen actionis.*
2 *Præſcriptio non interrumpitur ſola citatione.Et de qua præſcriptione.nu.4.*
3 *Si quis liberatur facto tertij, primò contra tertium agitur, & ſi non eſt ſoluendo, in priſtinum debitorem datur actio.*
5 *Quæ actiones perpetuentur per ſolam citationem & quæ per litis conteſtationem.*
6 *Quando actio reſtituitur:quæ eſt quæ reſtituatur.*
7 *Iſte titulus habet locum,etiam ante ſatiſdationem.*

LEX III.

EX hoc edicto. Si impeditus venire ad iudicium cũ tẽpore liberetur,contra, impedientẽ actio nõ datur:& ſi nõ fuerit ſoluẽdo, in priſtinũ debitorẽ actio reſtituitur.h.d.& eſt bona &
1 fortis lex.Nota,quòd†quãdo nomen actionis in edicto nõ exprimiꝫ,oritur actio in factũ,vt hic & l.pe.§.j.ſ. ne quis eum, qui
2 in ius vo.Secundò not.† q̃ ſola citatione[b] non interrũpitur præ
b ſcriptio.quod apparet:quia hic erat citatus:& tamen præſcriptio
3 non currit.Tertiò nota † q̃ quando aliquis liberatur facto tertij primò debet habere regreſſum cõtra illum tertiũ.& ſi nõ eſt ſol-
c uendo,in priſtinum[c] debitorem debet fieri actionis reſtitutio,vt hic.concordat j.de de lega.j.l.planè.la.ij.§. j. de inſtitutio.l.ij.Ad primũ opp.de'l.j.j.de condi.ex lege. Sol. ibi de iure ciuili:hic de iure prætorio.Ad ſecundum opp.de l.cũ notiſsimi.in prin.C.de præſ.xxx.an.& l.cõſtitutionibus.j.de actio.& obli.Gl.vbiq̃ in
4 uoluit ſe multũ in ſol.iſtius contrarij.Veritas eſt iſta†q̃ quędam eſt præſcriptio merè odioſa quæ currit negligẽtia non petẽtis,vt præſcriptio xxx.an.vel xl.an. Et iſta ſola citatione interrumpiꝫ: & hoc

& hoc ideo eſt, quia per citationem ceſſat negligentia,quæ eſt cauſa illius præſcriptionis,vt d.l.cũ notiſsimi.Quædam eſt præſcriptio merè fauorabilis,vt vſuſcapio triennij: & iſta nõ interrumpitur etiam per lit.conteſt. ideo quia conteſtatio nõ tollitur fauore rei.Ita loquitur l.ſi poſt acceptum.infrà de rei ven.Quędam eſt præſcriptio miſta,vt x.vel xx.ann.& illa eligitur media, vt nõ interrumpatur per ſolam citationẽ,ſed per lit.cõteſt.vt C. de rei vend.l.mater.& j.pro emptore.l.ij.§.pe. Quædam eſt præſcriptio quę currit ſua natura,vt redhibitoria,et quantò maioris, & ſimiles:& iſta interrumpitur per lit. conteſta. vt libello dato principi,vt C.quando libellus princ.da.l.j.& ij.& hęc verba,ſci
a licet quòd præſcriptionum alia odioſa[a] alia fauorabilis, & alia miſta,probantur in l.fi.in fi.& ibi gl. & poſt eam dixi C. de edi. diui Adri.tol.& per Dy.in c.poſſeſſor.extra de regul.iur.lib.vj.

Nunc ad propoſitum hæc lex non poteſt intelligi, q̃ ſit liberatus præſcriptione xxx.ann.quia illa præſcriptio erat iſto tempore incognita,vt no.j.ad legem Aquil.l.qui occidit.& j.ex quicau.maio.l.non ſolùm.aliàs incipit Iuſtia.& in authen.vt Romana eccleſia centum ann. &c.§.j. Loquitur ergo de vſuſcapione vel præſcriptione longi temporis:prout dixi, quo tempore dominium amiſit:vel de præſcriptione quæ currit ſui natura, in eo quod dicit q̃ tempore liberatus eſt ab actione:in quibus caſibus etiam hodie ſola citatio non interrumpit. Nec obſtat l.conſtitutionibus.j.de actio. & obli. quia intelligo q̃ ibi fuit lis cõteſtata: vel ibi non dicitur q̃ præſcriptio interrumpatur:ſed quòd actio efficitur tranſitoria ad hæredem.Quid de præſcriptionibus quę inducunt per ſtatuta?Dic vt dixi in l.ij.§.pe.aliàs fi.de vſuſcap.
5 pro empto.Quæro vtrum † hodie per ſolam citationem perpetuentur actiones.Dicit gl.q̃ ſic.Certè,domini,nec hodie per citationem perpetuatur actio,ſed interrumpitur præſcriptio : & à die citationis erit neceſſe q̃ noua præſcriptio incipiat tanti temporis quanti primò erat: & per ſolam cõteſtationem litis perpetuatur in xl.annos,vt l.fi.de præſcrip.xxx.vel xl.an.& quod no. in d.l.cum notiſsimi.circa princip.Et hoc determinauit Richar. Malumb. in quadam quæſtione quam diſputauit cum diceret ſtatutum, q̃ debitum præſcriberetur quinquennio , vt per citationem interrumpatur præſcriptio:non autem in maius tempus
6 perpetuetur actio. Quæro:dicitur hic † quòd actio reſtituitur: quæro quæ erit iſta actio?Gloſ.ponit duas opi.vna q̃ reſtituitur vtilis:alia quòd reſtituitur directa. Quęlibet eſt vera diuerſis caſibus. Aut enim tempore ipſa actio erit ipſo iure amiſſa : vt in vſuſcapione triennij,qua acquiritur dominium directum:& tũc reſtituitur ſola vtilis. Aut primo non erat ipſo iure ſublata : ſed contra eum erat ſola exceptio parata: & tunc per reſtitutionem tollitur obſtaculum exceptionis , & competit propria actio directa. Vltimò opp.extra gloſ. q̃ non detur reſtitutio:quia cõpetit alia actio.Nam cùm reus ſit impeditus facto alterius:& ſic contra illum habet actionem : quia ipſe tenetur ex ſtipulatione, vt j.tit.j.ij.in fi.& ſic non eſt neceſſaria reſtitutio. Sol. Oportet te dicere de neceſsitate,quod hic reus nõ ſatiſdederat de iudicio
7 ſiſti,& ſic ex ſtipulatu conueniri non poteſt. †Ex quo ſequitur quòd non eſt vera gloſ. rubricæ quæ dicit iſtum titu.habere locum tantùm poſt ſatiſdationẽ.Vide gl. & quæ ibi dixi j.ea.l.ſi.

Sed & ſi ſtipulator. Hæc actio poteſt actori, & etiam reo ſimul cõtra diuerſos competere.h.d.Oppo.quòd reus iſtam actionem non poſsit habere:quia ſua non intereſt. Quòd non interſit, probo duabus rationibus.Primò,ſi reus non venit ad iudicium impeditus,non tenetur actori ex ſtipulatione de iudicio ſiſti : vt l.ij.§. ſi quis in iudicio.j.tit.j.& ſic ſua non intereſt. Secundò, ſi reus veniſſet ad iudicium,non inueniſſet actorem. Vnde nõ intereſt actoris reũ veniſſe:& ſic ſtipulatio de iudicio ſiſti non eſt commiſſa ad intereſſe:vt l.arbiter ſi cal.j.de arbi.Sol.gloſ.dicens aliud eſt in ſtipulatione de iudicio ſiſti,vt j.tit.j.l.ij.in fi.cum l.ſeq.Vult dicere q̃ hæc ſtipulatio cõmittitur qñ fuit impeditus per tertium cõtra quem poteſt habere actionẽ.Et per hoc eſt reſponſum ad primã rationẽ,non ad ſecundam de l.arbiter ſi cal.j.de arbit.Et ideo gl. in l.ij.§.j.ſ.ſi quis in ius voc.nõ ierit.dicit q̃ nõ eſt neceſſe quòd actor ſit in iudicio,propter iſtũ tex.Quæ gl.nõ eſt vera ſecundũ omnes:quia eadem eſt ratio ſi deficit actor, ſicut ſi deficeret iudex. Nec enim eſt copia experiundi: vt l.j. de diuer.& tempor. præſcrip.Et ideo dicendum eſt q̃ hic intereſt rei : quia nõ venit ad iudicium propter alia, quàm propter ſtipulationem de iudicio ſiſti. Incurrit enim in alia damna.cõduxit enim aduocatos pro illo tunc,& alias expenſas fecerat, quas de nouo deberet nunc facere. Ita intelligebat Iac.de Are.& Iaco.But.& Cy.& Mar.Sil.

Sed & ſi ſtipulator. Dolus cũ doIo compẽſatur.hoc dicit notabiliter.de quo per Dy.in l.viro atque vxore.j.ſol. matr.& extra de regu.iur.c.in pari.lib.vj.facit ad q. ſi nec emptor vel venditor ſolueret gabellam , cùm per hoc contractus ſit nullus ex forma ſtatuti.Quærítur enim vtrum vnus poſsit opponere alteri exceptionẽ non ſo-
b lutæ gabellæ.[b]Reſpon.non, per iſtum tex. Simile in l.cum pater.§.libertis.j.de lega.ij. c & ita fuit diſputatũ Bonon. Sed aduertendum eſt q̃ cõtra illam exceptionem non ſolutæ gabellæ, debet opponi replicatio , de paritate crimínis incontinẽti ad repellendã examinationẽ faciendã ſuper exceptione. d Nã ſicut exceptio quandoq̃ impedit proceſſum ſuper actione : ita replicatio impedit ſuper exceptione: vt l. quonĩã Alexandrũ.C.de adult.Si enim peteret pars ſuper ea examinationẽ fieri:& ſi liqueret iudici contractũ eſſe nullum
c propter gabellam nõ ſolutã ex forma ſtatuti:iudex deberet [c] ex
d officio ſuo abſoluere,[d] quãuis pars nõ poſsit opponere:vt no.C. de tranſa.l.vbi pactũ.Sed ſi hæc exceptio actionem nõ annulla ret,& ſic non redderet nullum iudicium:tunc ſi ab vtraq̃ parte probaretur dolus inuicem:compenſaretur,vt hac lege,cũ ſimili.

1 ☞*Quando plures tenentur ad unum intereſſe ex diuerſis cauſis: ſolutio ad unius liberat alium.*

Si à fideiuſſore. Hæc actio cõtra impedientẽ datur ad intereſſe:licet promiſsio fideiuſſoris minorẽ quantitatẽ cõtineat.h.d. Opp.actor fuit ſtipulatus à reo de iudicio ſiſti,& accepit fideiuſſorẽ:ergo cõtra iſtũ reum habet actionẽ ex ſtipulatu,qa eſt impeditus facto tertij:vt j.tit.j. l.ij.in fi.ergo ſua nõ intereſt me cõuenire. Sol. Dicas q̃ hic reus nõ ꝓmiſit:& quod hic dicit, fideiuſſor ꝓmiſit:intellige ſolus.Facit quod no.ſ.qui ſatiſd.cog.l.ij.§.j.in fi. Vide quæ dixi ſ.eo.l.j.in fi.princ.Vel verius dicas q̃ ibi reus ꝓmiſit:tñ quia in idẽ cõcurrit cõmiſsio obligationis principalis , & obligationis impediẽtis ex hoc edicto,nec vnã præcedit aliam:nõ eſt ratio quare magis vnus teneaꝫ,& nõ alter. Ideo vterq̃ tenebiꝫ. Ita dicit gl.& bene. arg.j.de fideiuſ.l.gñaliter.et de duob.reis.l.ſi reus.& de hoc vide plenius per Iac.But. Sed tunc quæro vtrũ ſoluens liberet aliũ? gl.dicit q̃ ſic:vterq̃ enim tenetur ad intereſſe:hic vnus ex ſtipulatione,alius ex delicto.& eſt verum:vt j.dicam. Sed quæro, ſi exigam intereſſe contra impedientem,an potero agere ad quinquaginta contra fideiuſſorem? Gloſ.arguit pro & contra.finaliter determinat quòd ſic:quia vnus tenetur ad intereſſe , alius ad pœnam conuenitur.& ſic vnius ſolutio alium non liberat.Et ſic
1 ex iſta † gloſ.habes duo : quando plures tenentur ad vnum intereſſe,licet diuerſis cauſis, vnius ſolutio liberat aliũ.Sed quãdo vnus tenetur ad intereſſe,alius ad pœnam cõuenitur , vnius ſolutio alium non liberat. Et quælibet poſſet eſſe vera in ſe : vt l.ſi quis dolo.§.j.& quod ibi not.j.de re iudic. Tamen quantum ad caſum propoſitum , dictum vltimum non eſt verum. Nam in omni eo quod ſolueret fideiuſſor, haberet regreſſum cõtra principalem,& principalis agere poſſet contra impedientem ex hoc edicto.& deuenitur ad id quod illemet impediens ſolueret bis idem:quod eſſe non debet.arg.j.de interrog. actio.l.qui ſeruum. in princ.& ita dicebat Iacob.de Aret.

Si quis cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperauerit. Rubrica.

1 ☞*Dies termini quando computentur in termino.*
2 *Mille paſſus faciunt unum milliare & paſſus eſt quinque pedum.*
3 *Pro modico,quod ſupereſt ultra uiginti milliaria,datur integra dieta.*

a ¶Vicena. Adde inquātū do. Ia. ponit de dictiõe, præter. Roma. cõsi. ccxxvij.
a ↦P. P A V. P. ¶Vicena. Circa materiam adde, quod in ista cõputatione debet dari vna dies quietis pro singula hebdomada. super quæstione vide latè Feli. in c. cũ olim. in iij. col. extra de excep. & ibi etiã ponit an decisio procedat in nauigantibus.
↦P. P A V. P.
b ¶Sed lex contraria. De dictione à ꝙ stet incluſiue in tempore ſtatuto à tali die puta in appellatiõe pro ſequẽda. vide Alex. conſi. cxiij. volu. v. col. j. &c. Itẽ licet dictio à ſtet ex cluſiue tamẽ ille dies exclusus cedit bñficio ei⁹, cui aſsignat̃ termin⁹ ideo poterit in illo actu facere. vidẽ Are. in l. ſi ex duobus. in j. notabi. de duobus reis. Itẽ de dictione hinc ad tot dies ꝙ ſit de momento ad momentũ vide Alexã. cõſil. lxxv. vol. ij. Itẽ de hac materia in cõ promiſsis, vidẽ Ang. cõſ. cccvij. inci. Pau. vide gloſ. notabilem in c. j. de reſti. ſpol. in verſi. proponit̃. Item quando eſt dictio à an dies termini compute̊ in termino, vide Fel. in c. j. in ij. col. extra de ꝓſcrip. Ale. conſi. xlij. in ij. volu. Pau. de Caſt. & Moder. hic. habes etiam in Bertachino in vſi. à prin. col. vj. de libe. & poſthu.
↦P O M A T E S.
c ¶Quæro tamen. Vide Ro. hic q dicit ꝙ ſi dicaẽ hinc ad tres dies ꝙ dies termini cõputaẽ in termino.
d ☞Iſta tria ꝑba triũ dierum ſeu, in antiquis codicibus omittuntur: & melius ne adſit ī verbis expreſsa contrarietas. Ale. Loſæus.
e ¶Sed quæro vnde. Nota per quam viã debet fieri meſuratio ſ. per viam frequentioꝝ: vide Hoſtiẽ. in c. olim. de excep. vbi refert iſtã opi. ſed ipſe ibi dicit ꝙ debet fieri per viã terreſtrẽ & nõ per viam marinam: quia illa eſt fre quentior, maximè tẽpore hyemali, vbi eſt periculoſa nauigatio. & vide do. Pe. de Anch. ibi: vbi ſequitur dictum Bart. qñ mensura fit per aliã cauſam. Et ſegẽ ibi Ioã. de Imo. vide Bart. in l. non ſolum. §. fi. ff. de excu. tut. vi de Bar. in l. in itinere. ff. de ver. ſig. And. B.
↦P. P A V. P.
f ¶Debet fieri menſuratio. Circa iſtã menſurationẽ vide Alex. in c. olim in ij. & ij. col. extra de except.
g ¶Men dicãtium. Vide Fede conſi. ccj.
h ¶Procuratorẽ. Vide latè Fel. in c. accedẽs. vt lit. non conteſt. & inquantum ſubdit Iaſo. ꝙ citatus à papa tenetur mittere procuratorẽ, vide Old. cõſi. ccxcvij. Et an citat⁹ ab impatore, ſi timeat, familiares potentis, qui ſint per itinera, teneatur comparere, vide Old. conſi. xiij.

Mensuratio debet fieri à continentibus ædificijs: & quãdo aliter. nu. 6.
Mensuratio debet fieri per illam viam, per quam securius itur, & quæ magis frequentatur.
Mensuratio quando non poteſt fieri per terram, debet fieri per aërem.

LEX I.

[a] Vicena. Absenti ad veniendum pro singulis viginti milliaribus vnus dies est statuẽdus. h. d. Pone casum in terminis sic. Pone ꝙ aliquis satisdedit de veniendo ad iudicium, cũ à iudice fuerit requisitus. Ille erat de terra longinqua à loco vbi iudex faciebat residentiã: quæriẽ qñ iudex citat eũ, quem terminũ debet ei statuere ad veniendum. Ad hoc respondet Iuriscõsultus, &c. Opp. de l. de die ſ. qui satisda. cogan. Illa est vera solutio, ꝙ ibi determino, q datur præsenti ad sistendũ: hic de eo, qui datur absenti ad veniendũ. Oppo. de l. continuus. §. cũ ita. j. de verbo. obliga. Glo. hic & ibi dicit, aliud in iudicijs, aliud in contractibus. Petrus dicit idem vbiq. Sed lex cõtraria [b] loquitur vbi milliaria nõ sunt limitata: & sic statueret tẽpus arbitrio iudicis: hic quãdo sunt limitata. quæ satis est congrua opinio. Quæro quid vult dicere text. præter eum diẽ. Duplex est opin. Vna ꝙ dies quo promittit̃, & dies quo debet sistere seu præsentari in iudicio nõ cõputetur: sed illos duos dies habeat vltra terminũ itineris. Et secundum hanc lec. videtur casus ꝙ dies dati termini nõ cõputatur in termino. Sed certè hic nõ loquitur de die, qui ponitur in ipsa stipulatione, vt dixi. sed de die, qui patri datur ad veniendũ post stipulationẽ interpositã. & ideo glo. exponit secundo modo, vt hic ponatur, & pro ideſt: & sic vltra terminum itineris habeat vnã diẽ. Quæro tamẽ ‘ † quid iuris de hoc, vtrum dies dati termini computeẽ in termino. Iac. But. dicebat sic. Aut iudex dixit, do terminũ triũ dierum: & nõ cõputatur in termino dies dati termini: & ita intellig̃tur tantũ de ꝓximis: vt lege eũ qui calendis. j. de verbo. obli. Aut dicit, do terminũ tibi triũ dierum, seu [d] hinc ad tres dies: & tunc debet cõputari de momento ad momẽtũ: vt l. j. §. dies. j. quãdo appellandum sit. Itẽ quæro † quãtũ spatiũ facit vnũ milliare. Gl. dicit qđ mille passus: passus autẽ est quinq; pedum: vt l. ij. j. de verb. signi. & ibi no. glo. Sed quæro, † quid si non diætæ integræ: quia fortè sunt xxv. milliaria. Respõ. quod pro illo modico, quod superfuit, debet statui vna dies, vt dicta lege tertia. Sed quæro, vnde ‘ incipiet mensurari. Respondeo, † non à porta, sed à continenti bus ædificijs: vt l. mille passus. j. de verborũ signi. Sed quæro, † per quã viam debet fieri mensuratio ‘? Respon. per illã, per quam securius itur, & quæ magis frequentatur: arg. l. eos. in fi. cum sua glo. j. de fal. Et præ-

dicta vera, quando sit mensuratio loci ꝓpter terminũ eundi vel redeundi. Sed si fieret † ob aliam causam: quia dicit statutũ quod illi intelligantur vicini, qui sunt propinqui per vnum milliare: vel dicit quod non possit eligi Potestas de terra, quæ sit propinqua per xl. milliaria: tunc videtur quòd non debeat fieri mensuratio pariter prædicto modo: sed per rectitudinem loci. Et si nõ potest fieri per terram, fiat mensuratio per aërẽ. Et ita est determinatum in quadam extrauagãti in qua papa statuit quòd monasteria mendicantium[g] non possunt esse propinqua, intra tantum spatium. & ibi ponitur ꝙ si mensuratio non potest fieri per terram, fiat per aërem. quod not.

LEX II.

Non exigimus. Per transactionem à cautione iudicio sisti contingit liberatio: & si erat commissa, paratur exceptio. hoc dicit. Not. ꝙ si remittitur principale, videtur remitti pœna. Oppo. j. de verbo. oblig. l. cum stipulatus sim. & C. de iudicijs. l. j. Solu. vt in glo. Opp. secundo. j. de eo quod cer. lo. l. ij. alias §. item Iulianus. Sol. vt in glo. Vltimò glo. remittit ad notata in lege fi. j. de eo quod certo loco. Dic vt ibi.

Si quis municipalis. Impeditus impedimẽto publico & necessario, in pœnã nõ incidit cũ effectu. Opp. & videtur ꝙ non debuerit parere in dicì, qui eũ secundò citauerit: vt l. sed & si quis. §. illud. j. eo. Sol. ibi fuit citatus in culpa. & hoc dic vt in l. contra pupillũ. §. is qui ad maius. j. de re iudi. Bart.

1 ☞*Citatus nõ tenetur mittere procuratorem, quãdo est impeditus iusto impedimento.*
2 *Citatus quando teneatur mittere procuratorem.*
3 *Sententia lata contra citatũ, qui infirmatur, & non potuit venire ad iudicium, an valeat. Consilium ꝙ si citatus infirmatur, mittat excusatorẽ, qui infirmitatem iudici notificet.*

Hodie. In his quæ sunt cōmunia pluribus, vt singulis, quod fit à maiori parte, [c] præiudicat aliis l. fauore liberationis. h. d. Oppo. dicitur hic q debent cōueniri in vnum locum. Contrà: imò valet consensus adhibitus separatim: vt l. per fundum. j. de seruitu. rusti. prædi. & l. receptum. communia prædio. Solu. hic loquitur in casu, in quo pactū plurium posset nocere aliis: ideo requiritur q omnes conuocentur in vnum: ibi nocere non poterat. Contrà: imò indistinctè nocet: vt l. quod maior. j. ad municipa. & l. nulli. j. quod cuiusq vniuer. no. Sol. Illud verbum in his quæ sunt communia pluribus vt vniuersis: hic in his quæ sunt communia pluribus vt singulis. Quo casu si essent mille, factum omnium non noceret vni, nisi in isto casu fauore liberatiōis: vt hic, & l. fi. C. qui bo. cede. pos. & hic non nocet factum plurium, nisi cum decreto prætoris: vt hic, in gl. & hic in tex. vides: & per Dy. in c. quod omnes tangit. extra de regulis iur. lib. vj. & vide[d] quod dixi in l. ij. C. de decur. lib. x. & vide d. l. fi. C. qui bo. cede. pos. Quærit glo. de duobus, dic vt in ea.

Maiorem. [e] Maior pars intelligitur pro cumulo personarum, nisi quando in cumulo debiti esset æqualitas. h. d.

Si plures. Plures prætendentes vnum debitū, vel plura debita, si cōpetant vni, semper locovnius habentur. h. d. ista lex. Opp. ff. de adop. l. si consul. & de senato. l. emancipatum. §. fi. Solu. Quandoq habetur respectus ad personam ratione officij: & tunc si gerit plura officia, fungitur vice diuersarum personarum, vt ibi. Quandoque habetur respectus ad personam ratione personæ: tunc impossibile est vnum tenere vicem plurium. De hoc per Guliel. in d. l. si consul. ff. de adopt. f

☞ *Statutum uel reformatio committens aliquid prioribus, subintelligitur uel maiori parti eorum, si alij sint absentes.*

Rescriptum. Pactum maioris partis creditorum præsentium nocet absentibus, & priuilegiatis. hypothecam tamen non habentibus. hoc dicit. Pro declaratione text. quæro vbi est istud rescriptum diui Marci? Dicit gloss. habemus eius mentem in l. & suum. in fi. ff. eod. Quæro, vbi dicebat rescriptum quòd omnes debeant conuenire? Respon. rescriptum loquebatur indefinitè: & indefinita æquipollet vniuersali: vt l. si pluribus. j. de leg. ij. His præmissis nota diligenter † ex hac l. quòd si per statutum, vel reformationem committatur aliquid prioribus: subintelligitur, vel maiori parti eorū, si alij essent absentes, vt hic. Debent enim [f] requiri: quia forte eorum præsentia traheret alios ad suam sententiam: vt l. sicuti. j. de arbit. Facit C. de decur. lib. Dices tu: hoc ideo, quia sic declaratum erat per aliud rescriptū: tamen verba de se important, quòd omnes debent esse præsentes: vt hic dicitur in tex. Respon. rescriptum non dicebat aliquid de absentibus, sed solum de fisco. Et inducitur hoc ad probandum de priuilegiatis creditoribus. Declarando igitur procedit lex ista: vnde idem esset in statutis, & reformationibus: vt dixi.

Oppo. quòd semper fiscus habet tacitas hypothecas, vt l. aufertur. de iure fisci. §. fiscus. & C. in quibus cau. pig. ta. contrahi. lj. & ij. Solu. Dicit gloss. fallit in duobus [g] casibus, quando fiscus succedit priuato. Item quando sibi debetur ex delicto. Nota ergo quòd in † delictis fiscus non habet tacitas hypothecas. Allegatur C. pœ. fi. cre. præferri. lib. x. l. j. Sed ibi videtur notari contrarium. Sed in veritate non contradicit. Non enim dicit hic glossa fiscum non habere tacitam hypothecam in pœnis, sed fiscū aliis creditoribus non præferri: Et ideo Dyn. in l. quod placuit. infrà de iure fisci. tenet fiscum habere tacitam hypothecam in delictis: tamen siue effectu siue inefficacem contra creditores. De hoc per Cyn. C. de bon. dam. lege, si quis posthac. dicit in l. aufertur. §. fiscus. & l. quod placuit. j. de iure fisci. Oppo. j. manda. l. si præcedente. §. fina. vbi priuilegiatis non præiudicatur. Glossa dat hic plures solutio. nec posuit finaliter veritatem. hoc dicit Iacob. But. dicebat sic, quòd priuilegiatis præiudicatur in parte debiti vt hic: non in priuilegio, vt l. contraria. In eo enim modico quod restat soluendum, creditor habens priuilegium præfertur. Oppo. C. de cess. bon. l. fina. §. nulla. Solu. dicit glos. cùm inducīæ dantur, præiudicatur habentibus hypothecam: secus cùm remittitur. Ratio: quia ibi est modicum præiudicium: vt C. de precib. Imper. offer. l. quoties. † Quæro quod debeant esse præsentes, vt præiudicetur absentibus? Dicit glossa maior pars & bene. † Quæro extra glossam quæ est ratio quòd præiudicatur

xcvj. inci. heri. Numquid aūt in casu isto l. vn⁹, teneaē stare maiori pti, si remittatur totū de bitū? Dic q nō. Ita Ro. sin. c. ici. creditores. & istū casum quō maior non piudicat minori, q̄ Papa vel princeps rescribit q fiat de concordia, nō sufficit cō sensus maioris pti: qa vno solo dissentiēte nō dicit fieri de cōcordia. De veritate rī, qa Bal. tenet oppositū, vide Ias. in l. de fideicommisso, circa versicu. quartò facit. C. de transactionibus.
☞POMATES.
¶Debent enim. Vide Feli. c. omnes. col. xiij. & sequen. versi. tertiò declara, de constitu.

1 ☞ *Statutum uel reformatio committens aliquid prioribus, subintelligitur uel maiori parti eorum, si alij sint absentes.*
2 *Fiscus habet tacitam hypothecam in delictis, licet inefficacem.*
3 *Maior pars præsens præiudicat absentibus.*
4 *Pactum creditorum præsentium quare sit quòd præiudicat absentibus priuilegiatis, & non habentibus hypothecam.*

iudicatur habentibus priuilegium, & non habentibus hypothecam? Respon. quia pactum præsentium prodest etiā absentibus priuilegiatis, vt habeant quem cōueniāt: vt not. in d. §. hodie. habentibus aūt hypothecā nihil prodest: quia & si nullus esset quē conuenirent, agerent hypothecaria cōtra tenentes bona. Et hæc est bona ratio, quam etiam ponit hic Gul. de Cug. & Iaco. But.

1 ☞ *Stipulatio nouans est duplex.*
Stipulatio pœnalis an nouet præcedentem. remissiuè.
2 *Idem est dicere, promitto fundum sub pœna centum: & si non dedero ipsum, promitto centum.*

Si pacto. [a] Conuentio liberatoria nō nouatur per stipulationem pœnalem sequentem: sed aut pœna petetur, aut exceptio opponetur. h. d. Op. q iste tex. sibi contradicat, cùm dicit vtraq; & postea dicit, altera debere esse contentū. Glo. exponit, vtraq; i. altera: vel i. vtrauis. & bene. Secundò oppon. q vtraq; competit & exceptio, & petitio pœnæ: vt in l. vbi pactum. de transact. Istud contrarium reputatur alibi valde difficile. Veritas quę ponitur hic & ibi: s. loquitur in pacto, ibi in acceptilatione. Ratio, quia pactum non tollit actionem, nisi ope exceptionis, quæ exceptio inefficax redditur, si pœna petatur, vt hic: sed acceptilatio tollit actionem ipso iure: & si pœna petatur, actio non resuscitatur: vt l. qui res. §. aream. j. de sol. Vnde actor non posset obtinere: quia experiretur sine actione, & iudex deberet absoluere reum etiam nemine opponente, quia videt actorem carere actione: vt ibi tangitur in gl. & bene. Oppo. de l. si pro fure. §. furti. de condi. fur. Sol. ibi in pœna legali, quæ petitur simul cū re: hic de pœna conuentionali. Oppo. q vtrunq; petatur: vt l. qui fidem. j. de transact. & l. ita stipulatus. in fi. j. de verb. obliga. Solu. ibi fuit dictum, rato manente pacto. Secundò opp. de l. obligationum ferè. §. fi. j. de act. & oblig. vbi pœnalis stipulatio nouat præcedentem conuentionem, seu conuētionalem stipulationem: ergo hic solùm pœna poterit peti, nō exceptio opponi. Dicit glo. omnes intelligere q hic fuit actum ne nouetur: vel loquitur secundùm iura noua, secundùm quæ tacitè non presumitur nouatio: vt l. fi. C. de noua. Et si tu opponeres, quomodo pactum liberatoriū posset nouari, cùm nouatio sit vnius obligationis in alterū transfusio: vt l. j. de noua. Respon. Per pactum liberatorium quis obligatur naturaliter nō petere: & sic potest nouari: & sic remanet q hic fuit pactum q non fieret nouatio. Vel dicit gloss. q loquitur secundùm iura Codicis, &c. Huius causa do. Iaco. But. & Guli. de Cu. respondit ad illam l. obligationum ferè. §. fi. q ibi stipulatio pœnalis apponitur contractui iuris ciuilis, hic verò pacto, quod est iuris gentium: vt s. ea. l. in princ. arg. j. ad l. fal. l. j. §. item si ita. & l. cùm sine præfinitione. quando dies le. ce. & l. prædia. §. de act. emp. & l. si quis à socio. j. pro socio. Probatur hæc sol. in l. duo societatem. eo. tit. & ipsi Iaco. & Gul. de Cu. tractant hic materiam nouationis, quæ esset vna longa repetitio. Cy. ponit C. e. in l. si pacto quo pœnam. & de contrahē. & commit. stip. l. nuda.

1 Tu †aduertas, quia duplex est stipulatio nouans, vna coæqualis ad primam: & in hac nouatione hodie est immutatum per l. fin. C. de noua. de qua dixi plenè in l. pe. j. de noua. Quædam est stipulatio pœnalis: & ista vtrum nouet præcedentem, vel non: dicam plenissimè in l. ita stipulatus. in cōtrarijs vltimæ partis. j. de verbo. obli. dicam in l. prædia. j. de act. emp. & in hac nouatione per iura noua nihil est immutatum: & ideo gloss. quæ hic dicit, aliud hodie, aliud olim: nō dicit veritatem secundùm omnes docto. Quomodo ergo respondemus contrario l. obligationū ferè. in fi. j. de act. & obli.? Respon. hic præcesserit conuentio liberatoria, quæ non nouatur per sequentem stipulationem pœnalem: ibi præcesserit conuentio liberatoria quæ nouatur, cum distinctione, quam posui in d. l. ita stipulatus. in fi. Ratio, primò fauor libertatis: vt l. si vnus. §. pactus. & quod ibi not. j. eod. Secundò, qa posito q pactum de non petendo obliget quem naturaliter non petere; licet quidam cōtra, vt dicam in d. §. pactus. & sic talis ista obligatio posset nouari: tamen pactum producit alios effectus: quia tollit naturalem, & elidit ciuilem, vt d. l. si vnus. §. pactus. q effectus nō potest nouari. meritò adhuc obstat exceptio, vt hic. In casu tamen reperio nouari exceptionem, id est. eius effectum perimi: vt infrà, de præto. stipul. l. prima. in fine magnæ gloss. & b & ibi nota quod tamen intellige vt ibi dixi. Quærit gloss. [b] vtū 2 †sit idem dicere, promitto tibi fundum & sub pœna centum, & dicere, promitto tibi fundū, & si ipsum non dedero, promitto tibi centum. Quidā dicebant q non. gloss. q sic: & bene. quod nota & tene menti, vt hic.

a
1 ☞ *Exceptio doli datur in subsidium, deficiente exceptione pacti in pactis liberatorijs.*
2 *In pactis liberatorijs acquiritur domino per procuratorē absque cessione.*

Plerūque. Pactū procuratoris pro deest domino, & nocet domino, si habet speciale mandatū vel generale cum libera. secus si ad agendū tantum sit datus. h. d. Ex isto §. nota † q sicut actio vtilis datur in subsidium deficiente directa: ita in pactis liberatorijs datur in subsidium exceptio doli deficiente exceptione pacti. Secundò nota diligenter, † q licet in pactis obligatorijs nō quæratur domino per procuratorem, nisi facta cessiōe: tamen in pactis liberatorijs non est opus cessione: vt hic.

Via. Oppo. quòd hæc non sit bona ratio: vt patet in adiecto: vt j. de consti. pecu. l. sed & si filio. §. j. gloss. ij. fatetur contrarium, quòd hęc ratio non concludit de necessitate.

1 ☞ *Procurator omnium bonorum cum libera, potest agere, & in iudicium deducere, licet non sit dictum.*

Nam & nocere. Opp. de l. quacunq; ratione. j. de procurat. Solu. Intellige hoc q habebat generalem cum libera. Et ideo distingue vt hic in gl. quam no. Ex fine huius l. nota † q procurator omnium bonorum cum libera, licet non sit dictum, ad agendum & defendendum: tamen agere potest ad rem, & in iudicium deducere.

1 ☞ *Procuratori dato ad lites solui non potest.*
Procurator quomodo debet concludere in libello.

Ed si tantum. Nota † q procuratori dato ad lites nō potest solui. & ideo est diligenter aduertendum in conclusione libelli. Nam procurator debet concludere quòd petat reū condemnari sibi: vt l. j. C. de iud. & ad dandum soluendum domino, non sibi: vt hic. Dixi plenè in l. hoc iure. j. de solutionib. nisi esset procurator in rem suam: vt hic, in fine.

Item magistri. [d] Not. quòd pactum istorum, qui præsunt corporibus & collegijs, prodest & nocet ipsi collegio. Quòd profit, non est dubium. Nocere autem non potest, nisi eis sit specialiter [e] permissum: vel concessa libera administratio. Probatur j. quod vi aut clam. l. iij. §. ij. De quo per Cyn. C. de transact. l. præses. Vide gloss. super verbo, constat. & tene menti text. cum glossa.

Vtoris. Quæro vtrum pactum tutoris noceat pupillo. Text. nihil dicit. Gloss. dicit quòd non nocet, si fieret animo donandi: alias secus quod dic vt in glo. & C. eod. l. pactum curatoris.

1 ☞ *Pactum cedentis, an noceat cessionario.*
Cedenti agenti quando possit opponi quòd male agit cessione facta.

☞POMATES.
¶Si pacto. Vide Are. in l. ex duobus. in vj. q. ff. de duob. reis. circa opp. quam facit de l. si de meis. ff. de arbit.
☞P. PAV. P.
¶Si pacto. Istum repetit d. Pe. Alu.
b ¶Quærit glo. Adde Bald. in c. literas. de præsump. qui dicit esse ibi casum pro ista glo. tene menti. Ioā. de Imo. l. filiusfam. §. diui. in penul. colū. de leg. j. allegat istam gl. pro sing. & in l. ad die. ff. de verb. obl. vi de d. Anton. in c. j. de pact. Bal. in l. j. C. de his quæ pœ. no. i iij. col. Ego de hoc allego casum in c. fin. de fal. in ver. sub obligatione. & tene menti: qa nemo allegauit. Et pro ista gl. dum legerē l. j. §. si quis simpliciter. j. de verbo. oblig. dixi ibi etiam casum ad quem non animaduertit homo in ver. sub conditione. coniunctio ver. si illud factum fuerit dabo. Vbi primò dicit sub conditione & pœna. exponit quod est dictum sub conditione: dicēs, si illud factum fuerit. And. Barba.
☞POMATES.
¶Ex isto. Bar. tamen l. ij. C. eo. videt velle quòd etiam hic competat executio pacti: dum secundum vnum intellectū intelligit illum tex. loqui in procuratore in re sua.
☞P. PAV. P.
d ¶Item magistri. De ista materia, vide Roma. consi. lxv.
☞POMATES.
e ¶Specialiter. Sed nōne semper videntur constituti cum libera, vt in l. præses. C. de transact. Salua vt per Ias. ibi in iij. col. versicu. secundò limita.

a ¶Cessionario. Adde an pactū cedētis noceat cessionario, Paul. de ca. cōs. xlvij. & seq. per Ang. cōs. cclix. Et an sufficiat q̄ debitor sit certiorat⁹ ab alio q̄ cedē te, vel cessionario, vide Ioā. And. in addi. ad Spe. §. vt aūt. ver. sed quid si debitor. Et an exceptio cōpensatiōis q̄ pōt obijci cedenti possit obijci cessionario, vide Bal. cons. ccccl xxxvij. Et ibi an fiat de foro cedētis, & an cedēs possit agere ad cōmodum cessionarij, per eundem consil. ccvij. iij. lib. Et an debitor soluens cedenti omisso cessionario, liberetur ipso iure, vide ope exceptionis, per eundem cōs. cccliij. Et quando cessionis exceptio impediat executionem instrumenti, vide Roma. consil. ccccl xxij.

✠P. PAV. P. 1

b ¶Meli⁹ quàm alius dicit. Vide Com. cōs. iij. inci. donec stella. in ij. & iij. col. vbi reprobat hanc opinionem & aliter respondet ad. fi. j. de transa. & ad istum text. q̄ aliud sit in pacto vel transactione, aliud in solutione, vide ibi ad finem.

c ☞Alio modo summatur hic text. in scriptis exemplaribus: Prius possent cadere sydera de cœlo, quā obligatio, quæ re cōtrahitur, obliget vltra quàm peruenerit, h. d. quod idem est in substantia, licet delectabilius. Ale. Losæ.

✠POMATES.

d ¶Contractus. Vide Ale. in l. bonæ fidei. in ij. col. C. eo.

✠POMATES.

e ¶Primum cōtractū. Idem dicit Paul. & Bald. in l. petens. C. de pact. 2

✠P. PAV. P. P.

f ¶Quædam. Circa istam materiam vide omnino Matheſi. notab. clxiij.

In hoc secundo Membro reprehendit Bar. q̄ Iosam. quia contra istum Ale. quo vsq̄ Pas. hic

✠POMATES.

g ¶Causam famo committit delictum, videtur cōsentire pœnæ quam meretur glos. l. j. §. bestias. ver sic. onera. ff. de postu lan. est tex. bonus in l. speratores. ibi: ipe huic pœnæ subdidisti. ff. de iur. fisci.

h ¶Vltimò quæro. Adde Bald. in rubr. de treug. & pace. vbi allegauit istud dictum Barto. ad q. statuti: quòd inimici cogantur ad pacē. quod intelligitur, si ille qui ostendit, pacem petit genibus flexis. Et allegat. vltra, si det fideiussorem de non offendendo. allegauit Innocen. in capitu. ex parte de verbo. signifi. Vide Baldum in l. ij. ff. ad Syllania. Barto. in l. nō solum. §. iniuriarum. ff. de in iur. & domi. Abb. in c. j. de maledi. Bal. in c. j. §. inviro. de pa. iur. fir. l. Ludo. Roma. in l. ij. ff. ad Syll. Andre. Barba.

Si cum emptore. Pactū factum ab eo, cui cōpetunt vtiles præiudicat ei, cui competūt directæ. h. d. Quærit glos. quid econuerso: vtrū si venditor paciscatur, noceat emptori? Et variat glos. in scipsa. Nam primò differentiam facit inter emptorem & fideicōmissarium vniuersalem: post ea nullam differentiam facit: vt patet ex gl. † An pactum cedētis noceat cessionario [a]? Glos. hic in fi. videtur dicere q̄ sic: nisi interuenerit alterū de tribus quæ ponuntur in l. iij. C. de noua. Idem videtur nota. in l. nomen. C. quæ res pig. obli. pos. in fi. Glo. hic videtur tenere q̄ sufficiat quocunq; modo debitor sciat. Idē in l. fin. j. de transact. Mar. Syl. dicebat q̄ in pacto gratuito procedit principium glo. in transactione procedit finis. Sed hoc non p bat lege Iaco. de Are. in l. j. §. j. j. ad Trebel. melius, quàm alius, dicit [b] sic. Quandoque cessio est facta ad cōmodū cedentis: quia quicquid exigitur, debet in[1] cōmodum cedētis verti: & tunc pactum & omne factū cedentis nocet cessionario: nisi interueniat alterum de illis tribus hic notatis: & sic loquitur l. nomen. C. quæ res pig. obli. pos. & quod ibi no. Sed si cessio est facta ad cōmodum cessionarij, tunc quocunq; modo debitor sciat, non poterit fieri pactum in præiudicium cessionarij. Ita loquitur lex fina. j. de transac. & finis huius gl. Dixi in l. facta. §. si hæres. ad Trebel. & Cyn. in l. ij. in fi. C. de noua. in q. fi. † Quæro vtrum eoipso q̄ facta est cessio possit obijci cedēti. Male agis quia cessisti? Respon. eodem modo: si quidem est facta cessio ad commodū cedentis non potest obijci, nisi interuenerit alterum de illis tribus prædictis. Secus si ad cōmodū cessionarij: nam tunc indistinctè potest obijci, vt l. in cautæ. §. fi. cum l. seq. j. de procur. Dixi in d. §. si hæres. sic debet intelligi quod dicitur de cofessione cedentis, an no ceat cessionario: vt no. Dy. i l. seruum filij. §. j. j. de leg. j. dicam j. de procu. l. si actor.

Sed si inter. Pactum eius, cui sunt cedendæ actiones, no cet ei qui eas habet, & cedere debet. hoc d. Probatur in l. apud Celsum. §. mandaui. j. de do. excep. Et iste §. legitur hic duobus modis. Primò quando vēdidit aliquis procuratorio nomine domini. Secūdò legitur quando vendidit quis tanquam dominus rem alienam, tunc dici, pactū eius, ad quē negotium spectat in veritate præiudicat ei qui habet actionem de iuris rigore.

Si tibi decem millia. Obligatio[c], quæ re cōtrahitur, nō potest trahi vltra quā peruenerit. h. d. & ista lex est tota notabilis & vtilis & multum subtilis. Oppo. j. eo. l. in traditionibus. Sol. hic loquitur de obligatione, quę re cōtrahitur, quę per pactum non potest augeri, vt dicat re cōtracta. Quæro ergo, an decē millia supflua debeant ex isto pacto vestito cohærētia cōtractus. Gl. dicit q̄ nō: quia cū accedat quātitati, esset vsura, quę nō pōt deberi ex pacto etiā vestito cohærētia contractus, nisi interclsisset stipulatio: vt l. quis. C. de vsur. Itē nō pōt valere iure donationis: quoniā donatio olim nō valebat pacto nudo: hodie sic, vt l. si quis argentū. §. pe. C. de dona. Ita dicit gl. in eo quod dicit non valere vt donationem olim, quia pacto nudo: videtur malè dictum: quia imò erat pactum vestitum cohærentia contractus [d]. Potest respond. q̄ si quidem erat mera donatio, ita quòd nullo modo respiciebat primum cōtractum: [e] tunc illi contractui legem non dat, nec de illo vestitur: vt l. iuris gentium. ver. idem Marcellus. cū seq. §. eo. Si verò fiebat respectu contractus: vt quia promisit tibi plus q̄ mutuasti: tunc est rectè vsura. Et hoc facit q̄ si in instrumēto vēditionis apponitur illud pactum, & id quod plus valet dedit & donauit, q̄ illa non est vera donatio, nec fit ex mera liberalitate. Ignorat enim quid donare velit. Quod hic videtur tenere Gul. & ego idem in si quis cū aliter. de verb. oblig. Ad aliud quod gl. dicit hodie contra per l. si quis argentum. est verum quòd hodie donatio perficitur pacto nudo, si in eo exprimitur causa. Secus si promittatur simpliciter sine causa: ne adidem cōcurrant duæ imo proprietates: vt dixi in l. iuris gētiū. §. quinimo ver. igiē nuda. §. e.

1 ☞ *Actiones descendentes ex maleficijs, & etiam continentes causam famosam ex maleficio, tolluntur ipso iure per pactum: quia sunt debiles.*

2 *Actio tutelæ licet sit pœnalis, tamen non tollitur ipso iure per pactum.*

3 *Si quis confitendo sacerdoti dicat, remitto iniuriam, q̄ non sit subiecta actio.*

Quædam. [f] Actiones descendentes † ex maleficijs ipso iure tolluntur per pactum. hoc dicit. Nota istum casum qui est singularis. Concordat j. eodem. l. si vnus. §. pactus. & per hanc ponitur exemplum in l. legitima. §. eod. quia ista conuentio lege iuuatur, adeo quòd actio ipso iure tollitur. Quæro, quid in alijs actionibus hic non nominatis? Gl. in fi. dicit idem in omnibus similibus quæ continent causam famosam, vel sunt pœnales, cū sit eadē ratio, vt j. ad l. Aquil. l. illud. Videamus igitur quæ est ratio huius §. Ratio, quia actiones descendentes ex maleficio non causantur ex contentu: & ideo sunt debiles. Item cū sint pœnales, sunt odiosæ. Nunc venio ad Gl. dicit glo. idem puto in omnibus similibus, quæ continent causam famosam. [g] Intellige si sunt ex maleficio. Secus si ex contractu vel quasi: vt actio tutelæ, pro socio, depositi, & similes, quæ famosę sunt vt j. de insa. tamen per pactum ipso iure non tolluntur: vt §. eod. iuris gentium. versi. idem Marcellus. & ver. seq. Item quia quod subijcit. vel qa sunt pœnales: intellige ex vtraq; parte. Sic loquitur exempla in textu posita. Sed si ex parte rei tantùm esset pœnalis, non esset eadem ratio. Hoc etiam † apparet in actione tutelæ, quę ex parte rei tantùm est pœnalis: & tamen nō tollitur ipso iure per pactū, vt in d. §. idem Marcellus. Quæro quando pacta tollunt actionem vel obligationem ipso iure? Glo. dicit, naturalis, &c. Et pone tres casus: & dic vt in ea. De hoc dixi in l. legitima. §. e. † Vltimò quæro, [h] si quis confitendo sacerdoti dicit, Ego remitto alteri omne iniuria, vtrū per hoc sit perempta actio? Glo. Insti. de iniur. in fi. videtur dicere q̄ sic, Gul. de Cu. dicit contrariū, nam quilibet fidelis Christianus tenetur remittere odiū animi, quod habet erga aliū, nō aūt actionem iniuriarū. Igitur remittendo odiū, nō videtur remittere iniuriā: vt l. si domus. de ser. ru. & prædio. Plus videtur dicere magister sententiarum: lib. iiij. dist. xxx. q̄ quis non tenetur remittere inimico suo, nisi petenti, & aliter signum amicitiæ non tenetur ostendere: sicque verificatur quod dicitur in oratiōe dñica: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nr̄is. Quasi dicat. Sicut & nos dimittimus petēti: ita tu dimittas nobis. In hoc tñ stādū est Theolo.

1 ☞ *Pignus constitutum nuda conuentione de iure Prætorio producit actionem.*

2 *Pignus quando tollatur per pactum expressum ipso iure.*

3 *Pignoratitia directa, quæ datur debitori contra creditorem, oritur pignore tradito: vel si alio modo ad creditorem peruenerit.*

4 *Vitiato expresso vitiatur tacitum. remissiue.*

De pignore. Pignus solo consensu contrahitur de iure prætorio; sed solo consensu non tollitur. hoc dicit. Nota hic casum quòd pactum nudum lege iuuatur: vt ex pacto actio oriatur. Et sic habes hic exemplum. l. legitima. §. eodem. Oppo. pignus est contractus nominatus: vt l. j. in fine supra. eodem. Ergo actio oritur absque iuramento Prætoris: vt l. iuris gentium in princ. §. eo. Respondeo, pignus assumit nomē ab actu. Dicitur enim à pugno. Vnde si peruenerit ad traditionem, bene habet nomē, nec eget auxilio à iure prætorio: sed † qñ constituitur nuda conuentione, non habet nomen, nec produceret actionem, nisi iure Prætorio corroboraretur. Dixi §. eod. l. iuris gentium in prin. Opp. & † videtur quòd pignus per pactum ipso iure tollatur: vt C. de pig. l. maior. & de reg. iur. l. nihil tam. & §. eo. l. iuris gentium. §. adeo. Huius timore glos. intrat hic vnam distinctionem satis longam: ex qua apparet quod §. iste legitur tribus modis. Primò quòd loquatur in pignore constituto nudo consensu. Et quod ibi dicitur de pacto, scilicet tacito, ex quo oritur actio: vt l. ij. C. de remis. pigno. Pactum autem expressum tolleretur ipso iure: vt in contrarijs. Sed adhuc instat glos. cùm hic esset nata ciuilis & naturalis obligatio, quomodo per pactū potest tolli? Dicit glos. quia erat res integra: sicut dicimus in emptione: vt l. ab emptione. j. eod. Quidam reprehēdunt istud. Nā per contractum pignoris constituitur ius in re: vt C. de pignori. l. pignoris. j. de pigno. l. pignoris. Ergo ibi nulla est obligatio, neque ciuilis, nec̄ naturalis: vt instit. de actio. §. j. & actio pignoratia quæ est personalis. l. fina. C. de distract. pignorum. non quæritur, nisi pignus tradatur, vt instit. quib. mod. re contrahitur obli. §. fina. Potes † dicere quòd pignoratitia directa, quæ datur debitori contra creditorem, non oritur: nisi pignore tradito: vt dicto §. fina. vel alio modo peruenerit ad eum: vt l. vtique. j. de dam. infect. & l. inquilino. eo. tit. Sed pignoratitia contraria ista competit ex nuda conuentione, quocunq; modo in ipsa decipiatur creditor: vt l. j. j. de pigno. actio. & l. tutor. §. contrariam. eod. titu. exp resius in l. si quis in pignore. §. j. in verbo, obligatam. eod. titu. Non enim dixit text. tradidit. Et idem dixi in proœmio Digestorum in §. tertij. in fin. Et sic habes ex ista lege, quòd hic loquatur quando pactum est factum de non petendo pignus tacitè. Secundo modo legitur, quando pactum sit factum de non petē do debitum: quo casu hypothecaria tollitur ope exceptionis, si prima actio tollebatur ope exceptionis. Circa hoc tamen glos. distinguit latius: eam vide. Nota † istam distinctionem, quando vitiato expresso vitietur tacitum. De quo in l. j. in fi. j. quib. modis pigno. vel hyp. sol. & l. si fideiussor. in princ. j. de lega. j. Tertio modo legitur lex ista quando ad traditionē est processum: quo casu per pactum hypothecaria ipso iure tolli non potest. Quidā reprobant istam tertiam lect. Nam quantum ad hypothecariam nihil operatur traditio. j. de pig. act. l. j. & j. qui po. in pigno. hab. l. si prior. in fi. Et sic semper per pactum ipso iure tolletur. In pignoratitia verò actione procederet distinctio prædicta.

Si quis paciscatur. Pactum personale non porrigitur ad hæredem.

1 ☞ *Pacisci extraneo quis non potest.*

2 *Quod ab initio est inutile, an postea confirmetur remissiuè?*

3 *Si pater filio paciscatur ut hæredi, filio quæritur directa: si ut filio, utilis: si ut extraneo nulla.*

4 *Pater paciscens filio, videtur pacisci ut extraneo, quādo filius meruit: aliter, ut filio.*

5 *Filius lucrans cum pecunia patris: medietas lucri dicitur aduentitia.*

6 *Assertionis patris & filij circa meritū, an præesserint, non statur.*

7 *Pater etiam videtur stipulari vel pacisci filio ut filio, quando nominat ipsum filium: secus si nomine proprio tantùm.*

8 *Pater videtur stipulatus filio ut hæredi qñ nō apparet an filio ut filio, an filio ut hæredi.*

9 *Quomodo possit apparere ex cōtextus, patrē stipulatū fuisse filio, ut filio vel ut hæredi. Emphyteusis si accipiatur per patrem pro se & filijs, q̄ videtur stipulatus ut filijs, non ut hæredibus.*

10 *Qualiter ex stipulatione vel pacto patris quæratur filio. remissiuè.*

Si pactus. Non potest quis pacisci extraneo, nec conualescit si extraneus paciscenti hæres extiterit. Idem si quis filio vt extraneo paciscatur. hoc dicit. & notabilis & subtilis casus est. Nota † quòd nō potest quis pacisci extraneo. Quod intellige, prorsus. Aliàs secus: vt l. idem in duobus. in fin. j. eod. & ibi dicam statim. Secundò nota † quod ab initio est inutile, postea non confirmatur. Dic per Dyn. in c. non firmatur. extra de regu. iur. lib. vj. Tertio nota q̄ si paciscatur quis filio, vt extraneo, non valet. Ad istud tertium oppo. j. eo. l. & hæredi. §. nos autem. & l. auus. Glos. † mirabiliter distinguit: Aut quis paciscitur filio vt hæredi: aut filio vt filio: aut filio vt extraneo. Primo casu quæritur filio directa: secundò vtilis: tertiò nulla. Quod dic vt in glos. vide eam, & nota. Quæro, qualiter cognoscam † vtrum fuerit stipulatus filio vt filio, aut vt extraneo. Glos. no. dicit, Aut filius fecit mihi aliquid, propter quod illud meruerat, sicut quilibet extraneus, & videor sibi pacisci vt extraneo. Aut non meruerat: & videor sibi pacisci vt filio. Pro quo facit lex, si donatione. & quod ibi not. C. de colla. & j. de castren. peculio. l. si forte. Et ex hoc apparet quando pater promittit aliquid filio per stipulationem: si quidem filius meruerat vt quilibet extraneus, obligatur pater filio. Nam illud dicitur aduentitium. Quod enim quærit filius ex opera sua, aduentitium est: vt lege, cùm oportet. in princip. C. de bonis quæ liber. Ita intelligitur quod not. in aut. vnde & si parens. C. de inoffi. testa. [a] Et hoc † etiam dico quòd filius lucratur cum pecunia patris, q̄ totum illud lucrum non est profectitium; imò medietas saltem est aduētitia: quia debetur sibi pro operibus suis: sicut debetur cuilibet extraneo secūdùm cōsuetudinem nostram. Facit. C. pro socio. l. j. cum ibi not. & de colla. l. illud. in fi. & ibi dixi. Licet glos. videatur dicere aliter in l. cùm oportet. in prin. de bo. quæ libe. tamen debet intelligi secundùm distinctionem prædictam: & sic consului pluries. In hoc † tamē vtrum præceſſerint merita vel non, assertioni eorū non est standum: vt d. l. si forte. de cast. pecu. & quod not. in d. l. si donatione. de colla. Potest etiam ex alio colligi † vtrum paciscatur vt filio: vel vt extraneo. Aut enim nominauit eum filium in stipulatione: & videtur ei pacisci vt filio. Aut nomine proprio tantum: & tūc vt extraneo. Ita videtur probari in l. quòd hęredi. ver. cęterū. j. eo. & l. cùm aliquis. C. de iure delib. facit l. filio. j. de codic. & demō. & not. per Dyn. in l. si filio. j. de dona. cau. mor. Quęro quid † si non apparet qualiter fuit stipulatus: vtrum filio vt hæredi, an filio vt filio. Hæc glo. dicit solenniter: quia si non apparet nec ex verbis, nec ex alia coniectura, præsumitur tanquam hęredi: vt j. vnde lib. l. scripto. in fi. Vide glos. istam quę optimè loquitur. Quomodo autem ex verbis posset apparere, liquet apertè. Quomodo † autē ex alijs coniecturis liqueat: Dico quòd siquidem pater pacisceatur filio ſuper re, quę de sui natura non transiit ad hæredem extraneum & videtur pacisci filio vt filio, non vt hæredi. Secus si transiit ad quemlibet hæredem extraneum, vt in l. iurisiurandi. §. si liberi. j. de ope. li. Et ex hoc dico quòd quando pater recipit emphyteusim pro se, & filijs suis, q̄ videtur pacisci filijs vt filijs: non filijs vt hæredibus: quia de natura emphyteusis est q̄ non transeat ad hęredem extraneū: vt in aut. de non alie. §. emphyteusim. Et ideo si pater instituerit filios in disparibus portionibus: tamen emphyteusis diuideretur æqualiter. Itē si repudiarent hæreditatē paternam. emphyteusim deberent habere. Et hoc tenet Iaco. de Bel. x. colla. an agna. vel fil. repu. hęre. c. j. Vltimò † materiā huius legis qualiter ex pacto vel stipulatione patris quæratur filio. Dy. tāgit in l. quodcunq; j. de verb. obl. Cyn. in l. ij. C. de contrahen. & cōmit. stipul. ego plenissimè in l. quod dicitur. j. de verb. obl. Vterius oppo. gl. & non soluit. Dic q̄ non conualescit: quia ab initio non valet hic. ibi suspenditur; & ideo ex postfacto conualescit. Et dic vt in c. non firmatur. extra de regu. iur. lib. vj. per Dyn.

✠P. POMATES.

a ¶Inofficiosi testa. Vide Alexand. consi. vij. aliàs lij. in princi. in iij. volu. & consi. xlj. & xxij. vol. j. Anch. consil. cxxxiij. aliàs cxxij. Alexan. consil. cxxxviij. Pau. de Castr. consi. cxxxvj. aliàs cxxvj. col. ij.

✠P. PAV. P.

b ¶Sed commoditas eius. Vide in Bertachino in versi. vsufructuarius. prope finē.

Pactum conuentū. Pactum personale viuo pacisciente porrigitur ad successorem in rem, etiā titulo singulari. h. d. Oppo. pactum personale personā non egreditur: vt l. idem. §. personale. j. eo. Huius timore hæc lex legitur duobus modis. Primò q̄ hic fuit pactū factum post venditionem: & sic præsumitur actum q̄ ad emptorē transeat: quia aliàs nihil operaretur. Secundo modo legitur siue ante, siue post, tunc ad contrarium respond. secundùm veram opi. pactum personale potest dici duobus modis. Primò quod personā non egreditur: & isto modo loquitur lex contraria. Secundò q̄ cùm persona finitur: vt no. in l. iuris gentiū. §. pactorū. ſ. eo. & ita loquitur hic. Viuo igitur pacisciente transit ad emptorem, & donatarium, non eo mortuo: similiter in l. & hæredi. in princ. j. eod. Sed tunc oppo. illud quod cum persona finitur ad alium non transit: vt Instit. de vsufruct. §. finitur. Respon. Concedo quod non transit illud ius, sed commoditas eius: [b] vt l. necessario. §. fina. de peric. & commo. rei vend. Ita hæc commoditas istius pa-

↠P. P A V. P.
a ¶Et quando dicatur pater stipulari filio, vt filio & quando filio vt hæredi, adde quod dicit Bald. in c.j.in princ. an agna. vel fil.repe.hær. pos. vbi dicit qñ aliter pater stipulat filio quã stipulatio fuerit in p̃sona sua nunquã videt stipulat filio vt hæredi. vide etiã ad Bar.in l.vt iurisiuran di. §.si liberi.de operis liber.

↠P. P A V. P.
b ¶Pecuniariter. Aduerte tñ q licet pacta in rem non prosint ijs quibus vt prosit non interest pacisci tis,secus tñ est in refutatione per quã qs renunciat omni iuri sibi competenti:quia per quandam consequentiam est res ipsa an renunciatur sublato de medio renũciãte,ad quod vide bal. Alua.Car.c.j. per illum tex.de eo qui fidẽ fecit agna. de feu. vide Paul.de Castr. in l.qui Rome.§.duo fratres.col.ij. de ver. obl.sed cõtrariũ vult Bart.ibi in x.quæsti. versi. ad secundũ. & vide ibi Alex.consil. penul.& vide q̃ dicit in l.ex duobus reis ī vj.quæst.& quid de confessione vide ibi eundẽ in ix.quæst.& quę ibi addidi.& ibi vide etiam ad dicta per Alex. & Paul.d. c.in d. §. duo fratres. Aret.in col.penul.& fi. Item quod pactũ confes. & fidꝛia,nõ extẽdatur ad beneficiũ tertij,vide Felin.in c. capitulum in viij.co. in ij.fal.ad regulam, ex eo quod quis impunẽ &c. vide gloss. ordinariam in l.fi. ff. de interrog.act. & q habes ad Bar.ī l. duobus.§.à fideiussore.ff. de iureiurand. de cõfessione facta fideiussori vt prosit debitori,cũ intersit fideiussoris vt prosit.

cti transit ad emptorem & donatarium q̃ tamen extinguetur authore mortuo. Tene menti.

Cum possessor. Pactum possessoris nõ prodest neque nocet verò hęredi.h.d.Oppo. de consti.pecu.l.si post.Glos. soluit multis modis.Finaliter iudicio meo non ponit veritatem hic. Dicas ergo q ibi loquitur de eo qui possidet hæreditatem de iure, vt qa est hæres rogatus de restituendo:vel est hęres institutus filio emãcipato prætexto vel exhæredato antequàm testamentum rumpatur per querelam vel per contra tab. tũc pactum factum ab eo prodest vel nocet verò hæredi,vt in contrario. Interim enim legitimè administrabit:hic in possessore qui nullo modo possidebat. Hoc probatur in l.hæres à debitore.in princi.j.de fideiuss. & gloss.hoc tenet in l.si hæres pecuniam. ad Trebel.tene menti.

1
a

Filius. Quandoq; filius paciscitur directo patri.& hoc primò.Quandoque filius paciscitur directo sibi : & hoc secundò. Quandoq; seruus paciscitur sibi & hoc tertiò.Quandoq; pater paciscitur filio:& hoc quartò.Secunda in l. acquirent. versi.Item & si filius.Tertia in l.& hæredi. versi.q si seruus.Quarta ibi:nos autẽ. Qui sunt in potestate nostra possunt nobis pacisci.hoc dicit.

Acquirent.

Item & si filius. Pactũ personale filij transit ad patrem, & ad hæredem eius viuo filio.hoc dicit.

Et hæredi. Suprà dixit,si filius pactus est ne petatur à patre, hic ne petatur à se.Opp.de l. qui hæredi.in prin. j.de condic.& demonstr. Respon.Pactum personale potest dici duobus modis:vt no. in l.iuris gentium.§.pactorum. & dixi s. e. l.si tibi.§.pactum.Si primo modo accipiatur,non proderit patri vllo tempore:si secũdo modo,loquitur hic. Si verò dubitatur: dic vt in l.fina.C.de vsufruct.

Quod si seruus. Pactum personale serui non porrigitur ad dominum: nisi ope exceptionis doli.hoc dicit. Oppo. suprà proxi. vbi pactum filij porrigitur ad patrem. Sol. Aliud in filio paciscẽte:aliud in seruo.Ratio,quia in filio valet. Potest enim in iudicio conueniri:sed in seruo,qui non potest conueniri ab initio nõ valet:igitur non porrigitur ad dominum, nisi iure exceptionis doli.Secundum hoc potest intelligi q fuit actum ne peteretur, s.in iudicio:quia extra iudicium etiam potest peti à seruo:vt l.stipulatio.§.hi qui.j.de verbo.obli.Et ista colliguntur ex gloss. quæ est super verbo,exceptio.& ex alia prima gl.§.j. Quæro, vtrum ista exceptio doli competat domino etiam mortuo seruo.Gl.vi detur dicere quòd sic.Et potest esse ratio:quia istud pactum nũ quàm fuit fundatum in persona seruiinideo cum eius persona extinguí non potest. Secus in filio paciscente.argu. ad hoc l.nam & si.§.rumpendo.de iniu.testa.& no.in l.iij.in fi.de lib.& posth. Gul.dicit cõtra,Ista enim exceptio doli est subsidiaria exceptionis pacti:vt l.rescriptum.§.fi.s.eo.meritò non potest plus durare quàm duret ipsum pactum:vt l.j.§.hæc actio j.si quis testa.li.esse iuf.fue.Et hoc puto verum.

1 ☞*Exceptio quæ est inutilis in persona principalis quando sit inutilis in persona defensoris.*

Nos autem. Si pater paciscatur pro filio vt extraneo non prodest filio.Secus si filio vt filio patri tñ proderit,si est actum.h.d.Op.de princ.§.ad ver. Iulianus. non possumus eis prodesse quo ad directam pacti exceptionem: vt hic in princ.Secus quo ad vtilem:vt in versi.Iulianus.Oppo. de ver.cæterũ.ad ver.Iulianus.s.prout intelligit ver.cæterum. in filio.Sol.in ver.cæterũ.pactũ est vt extraneo, nõ nominando eũ filium:in ver.Iulianus.nominauit eum filium. Facit l.cùm aliqs. C.de iure deli.Et sic habes q nec ad doli exceptionẽ valet,si pater paciscitur filio vt extraneo.Vidistis s.l.si tibi.§.si pactus. Vltimò nota hic regulam† [a] q exceptio,quæ est inutilis in persona principalis,est inutilis in persona defensoris. Ad idem l.minor. in fi.j.de procu.Gl.tamen dicit q hoc fallit in tribus casibus:sed in duobus primis nõ est fallere.Nam illa iura loquũtur in actione cessa,quæ licet sit inutilis apud cedentẽ:tamen est vtilis apud cessionarium.Ratio,quia per cessionem causa quæ reddebat illam actionem inutilem,purgatur:vt j.de sol.l.Stichum.§.pen.& C.de iu.do.l.fi.Item dicit gl.fallit j.rem ra.ha.l.procurator ad exhib.§.j.in fi.Certè ibi non fallit.Nã ibi defensor opponebat exceptionẽ ex persona sui ipsiusmet defensoris,quod poterat:qa erat defensor necessarius,vt ibi,& l.idẽq̃.§.gñaliter.j.man.Hic verò opponebat exceptionẽ ex persona eius quẽ defendebat,q̃ cũ apud p̃sonã principalis esset iutilis nõ fit vtilis ad personã defensoris.

1
a

Filiafamilias. Iste §.põt duobus modis itelligi:vt in gl. determinãt verbũ,põt.Secũdũ secundã determinat,verbũ agat. Opp.j.de pact.do.l.ij.Sol. Intelligas hoc ante contractum matrimonium. Tutius est ergo dicere q hic loquitur post matrimoniũ solutũ anteq̃ dos exigatur.Quod dic vt l.licet.j.de pact.do. Constãte verò matrimonio tale pactũ nõ valet: vt in contrario. Sed an firmet iuramento:videt q non:quia tale improbat ratione publicæ vtilitatis:vt l.ij.j.de pact.do.Ergo nõ firmat iuramẽto:vt l.iuris gentium.§.& generaliter.s.eo.Dic vt colligit ex his quæ dixi in l.si quis pro eo.in princ.j.de fideiuss.

Item filiusfamilias. Dicas q iste §.loquit̃ legato. Secus ī eo q ipse stipulatus esset scdm gl.& bñ.No.ergo q iuri de futuro põt quis renunciare per pactum.Quod dic vt in l.j.C.de pact.& l.j.j.de cur. bo. dan.

In his. Iurisconsultus ponit summarium legum sequẽtium ibi:& in rem pacta,&c.Pactũ in rem porrigit ad oẽs, quorũ specialiter interest:& ad quos porrigi interest pecuniariter [b] paciscentis:& pactum personale personam nõ egreditur.h. d.vsq; ad l.si vnus. Nota ex hoc §.regulam, quam dat Iurisconsultus,ex qua sumpsi tibi summarium.

b

1 ☞*Si principalis est liberatus pacto personali, quando fideiussor possit conueniri.*
2 *Pactum personale ut non egrediatur personam,debet fieri cum dictione taxatiua.*

Nisi. Oppo.q ista lex nõ procedat neq; iure veteri neq; nouo:vt in glo.quę dat multas sol.& oẽs sunt veræ, excepta vna,s.illorũ qui dicũt q hic reus nõ erat soluẽdo vnde non expediebat actionẽ cedi,vt l.vir.j.de iur.do.Præterea, licet nõ sit soluendo modo:tñ poterit effici soluendo l.j. ij.& iij. j.de ces.bo.Item aduerte:quia pe.sol.quæ dicit quòd non obstat exceptio pacti.sed exceptio doli:potest esse bona rectè intelligẽdo,vt loquatur de exceptione doli generali, quæ habet locum vbicunq; habet locum alia:vt l.ij.§.generaliter. infrà,de doli except.& not.in l.qui se debere.infrà, de condict. ob caus.quasi dicat: Licet exceptio pacti non prosit fideiussori:tamen exceptio cedendarum, vel discussionis non factæ potest obiici, vel exceptio doli loco ipsarum. Sed si intelligeres de exceptione doli subsidiaria pacti, de qua loquitur l. rescriptum. in fine, suprà eodem. non esset bene dictum. Nam non debet porrigi vltra quàm possit porrigi ipsum pactum. Sequitur alia solutio.quæ etiam posset esse vera. Reassume ergo istas solutio.per distinctionem sic: † Si liberatus est principalis pacto personali, vtrũ possit conueniri fideiussor? Aut quæris an iuuetur exceptione pacti : & certum est quòd non,vt hic : aut exceptione cedendarum,vel discussionis non factæ:& tunc aut consensit pacto,aut non:si non consensit:aut fuit renunciatum illis beneficijs,aut nõ vt patet ex gloss.& l.si stipulatus.§.primo.infrà,de fideiuss.cum sua glossa. Prædicta vera quando principalis non potest conueniri facto creditoris: sed si conueniri non posset absq; culpa creditoris,tunc directò peruenireturad fideiussorem: vt l.iij. §.si is pro quo.quod quisq; iur. Facit j.de verb.obl.l. decem.& si cert.pet.l.fina. Vltimò nota† quòd ad constituendum pactũ merè personale,ita q personam non egrediatur,requiritur quòd in pacto ponatur dictio taxatiua:vt,non petam à te tantum,vel dũ taxat.Sed si p̃sona adiicitur verbo executiuo,sine dictione taxatiua:vt,promitto non petere à te:tunc facit pactum personale: hoc est,quod finitur cum persona:tamen eo viuo personam egreditur:vt s.eo.l.acquirent.§.j.& l.& hęredi.in prin. De hoc latius dicam in l.qui ita futurum.§.j.j.eodem.

2

1 ☞*Pactum ut porrigatur ad alios,requiritur q interfit pecuniariter non ratione affectionis.*
2 *Interesse affectionis in contractibus bonæ fidei operatur q actio detur ei, cui aliter non daretur,non ut in plus detur.*

Fideiussoris. Opp.q pactum fideiussoris prosit reo l.duobus.§.à fideiussore. j. de iureiur.Sol.vt ibi in iureiurando,quod habet vim solutionis:hic in simplici pacto.Oppo.j.eod.l.idem in duobus in fi.Sol.ibi hoc fuit actum:hic fuit pactum simplex:quo casu non porrigitur ad reum,nisi fideiussoris interfit: vt in gloss. Oppo.de l.ij.§.j.j.de doli excep. vbi exceptio doli semper est in rem ex parte opponentis.dic vt in gloss. Vltimò nota fi. huius l. cùm gloss.† illud,quod requiritur q interfit paciscentis, intelligitur si pecuniariter interest.Secus si ratione affectiõis. Vide gl. Contra,imò consideratur interesse affectionis:vt l.cùm seruus.j. man.Sol.Dicit glo.ibi in bonæ fidei iudicijs.Tu dic† q in bonæ fidei iudicijs interesse affectionis facit vt ei detur actio,cui aliàs nõ daret:nõ tamẽ q in plus detur propter affectionẽ,et ibi dicet.

1

Sed & si fideiussor. Nota istam l. quia sæpe accidit: quia licet vt fideiussor accipiatur:tamẽ in veritate est principalis: & vt de principali est iudicandum.

Idem in duobus. Reuoco in dubiũ vtrũ pactũ factũ vni ex duobus reis debendi alijs prosit.Gloss.ponit hic duas opi. vna q prodest alteri,scilicet si paciscetis interest:alia q prodest alteri si socij sunt.Vide gloss.hic veram:quia alteri p̃ deest quando paciscentis interest,licet socij non sint. Vnde si pecunia tota peruenisset ad paciscentem in totum prodesset alteri: ne si soluerit à paciscente repeteret per actionem nego.gest. vt not.in l.j.C.de duo.reis.si in parte peruenit pecunia ad paciscentem,pro ea parte prodest alteri correo,vt not. in l.iiij.§. nunc de effectu.j.de li.le.Sed quando sunt socij,pactum factum vni prodest in totum alteri.Declaro:intellige socios omnium bonorum, vel illius obligationis:ita quòd omne commodum & incommodum inde proueniens sit cõmune:vt nota.in l.si duo.si quis cautum. Modò si creditor diceret.Volo ab altero petere partem suam tãtùm.Non potest facere: quia si ille alius vnum denarium solueret in eo debet participare primus paciscens: & ideo inquietando alium, etiam in vno denario inquietat paciscentem : meritò obstat exceptio:vt l.si duo.j.de arbit.prout ibi loquitur de duobus reis.Prędictis verò videtur obstare j. de duo.reis.l.eadẽ.§.j. vbi vt pactum factum vni prosit alteri,duo requiruntur,scilicet q sint socij,& communis culpa interuenerit.Respond.prædicta vera,quando cõueniuntur ad aliquid communiter promissum. Sed si conueniuntur actione doli,vel culpæ,quæ venit ex contractibus:tunc requiruntur illa duo,scilicet q sunt socij,& communis culpa interuenerit : tunc enim quicquid vnus soluerit, alius communicare deberet.Sed si interuenisset culpa vnius tantùm:& pactum esset factum alteri correo socio :illi qui conueniret ex culpa sua propria nõ daretur pacti exceptio.Ratio, quia illud quod solueret ex culpa sua,non repeteret à socio per actionem pro socio. Vnde socius eius non inquietatur, nec eius interest.Remanet ergo regula posita in l.& hæredi.in fi. vera q tãtùm porrigitur ad eum,ac si paciscentis pecuniariter interest.

Personale. Oppo.de l.si tibi.§.si pactus.s.eo. Dic vt ibi: & tene menti.

Sed quamuis. Dicitur hic cum l.seq. q pactum fideiussoris p̃dest reo,si hoc actũ sit. Quid in dubio? Dicunt quidam q semper agi præsumitur. Gloss. contrà,& benè:quia tex.est in l.fideiussoris.s.eo.qui in dubio loquit̃ Quęro.an idem sit pactũ cuiuslibet extranei. vt prosit debitori.

↠P. P A V. P.
a ¶Si vnus. Vide Roma. in consilio suo ccix.

si hoc est actũ.Gloss. tenet q non:quia per extraneum simpliciter non acquiritur exceptio doli vel pacti.Vide glo.& no.Contrarium videtur dicere glo.l. non solum. §. si liberationis verba.de lib.leg.vbi confessio facta absente parte inducit doli exceptionem;& confessio ad liberandum idem est quod pactum:vt in.l.tale pactum.in princ.j.eo. Ista gl.dicit meram veritatem.Probatur in l.& hæredi.§.nos autem.s.eo.vbi est text.idem not.in l.Pomponius.la.j.j.de neg.gest.in glos.ij. Examinaui plenè in d.§.si liberationis verba.&c.

1 ☞*Per pactum gratuitum factum per unum ex duobus reis credendi nõ præiudicatur alijs:secus in pacto non gratuito.*

dice sedente pro tribunali. Nam tunc ex illo actu præsumitur quòd non fuerit verè contumax, & audietur appellans, vt suprà l. proxi. Quidam est fictus contumax[a] apparenter, & verus existẽter, vt in eo qui non fuit inuentus, tamen citatio peruenit ad eius notitiam: & tunc cùm posset venire, non venit: tunc istius appellatio recipietur à iudice à quo: quia sibi non liquet ipm esse verum contumacem. Sed si pars contra quam est interposita appellatio coram iudice appellationis hoc probabit, scilicet, ipsum sciuisse, & contempsisse venire, non procedetur super eius appellatione. Ita potest intelligi. C. de iudic. l. properandum. §. sinautem. [b] in fine. coniuncto præce. §. ibi: parte actoris minime inuenta. De hoc etiã videtur glos. in d. c. j. extra de dolo & cõtu. Et est aduertendum in eo quod dixi quando per contumaciam non venit, quia si esset causa aliqua, propter quam venire nolebat, vt puta quia timebat iudicem, ne faceret eum approbare sententiam: quia sic erat cõsuetus aliꝰ facere, vel quia erat rusticus, timebat ire sine aduocato, & similia, quęcũque essent, quæ possent eum excusare à cõ
1 temptu iudicis, putarem ipsum debere audiri appellantem: quia cessat vera contumacia. Quartò, quidam est fictus contumax apparenter & existenter: vt citatus ad domum, ad quem citatio non peruenit in notitiam: & iste sine dubio auditur appellãs: vt l. ab eo. C. quomodo & quando iudex.
12 Quæro, †vtrum si procurator est verè cõtumax auferatur domino [c] beneficium appellandi. Breuiter videtur q non. Nam ex facto procuratoris non punitur dominus, vt l. j. §. si procurator. s. si quis ius di. non[b] tempe. Non obstat l. j. j. quando appel. sit qa quando procurator nõ appellauit ĩtra de
e cem dies, ius appellandi perit sui natura: quia non viuit plus. nõ autem ĩfertur hoc in pœnam non appellãtis: sed quod verus contumax non audiatur, est in pœnam cõtumaciæ. Et hoc tenet Inno. extra vt lite nõ contest. c. j. in fi. Idem puto de contumacia tutoris & curatoris, vel syndici. Hoc videt sentire glos. l. j. de regu. iur. non potest dolo
13 carere. Quæro si causa† tota agitata est per procuratorem, ad audiendum sententiam fuit citatus dominus, qui dixit se nolle ire: vel nihil dixit: an dicatur verus contumax? Respõdeo, non: quia nõ tenetur ire: potest tamen, si vult: vt l. procuratoribus. C. de pcura. Et ideo cùm habet iustam causam, nõ debet pati pœnam contumaciæ, sicut s. dixi de aliꝰ, qui habent aliquam causam non veniendi: vt l. contumacia. §. j. j. de re iudic.
14 †Quæro, quid si aliquis in primis citationibus fuit inuentus: in vltima citatione non fuit inuentus, an dicetur verus contumax? Respon. si quidem inuentus in primis citatiõibus antequàm peruenireturad edictũ peremptorium, ex illis non erit verus contumax: vt l. contumacia. §. contumax. de re iud. Vnde si in tertia non fuit inuentus, nõ dicam eum verum cõtumacem. Sed si fuerit ĩuentus in citatione perẽptoria, & post ea in alia citatione, quæ ex benignitate proponitur secundùm l. & post edictũ. in prin. j. de iudi. non fuerit ĩuentus: tunc reputo eum verum contumacem: quia per sequentem citationem non purgatur contumacia præcedens, sed fit ad omnem malitiam superandam. arg. auĉ. iubemus. C. de iudi.

d Quod metus causa gestũ erit. [a] *Rubr.*

Continuatio rubricæ patet ex positis. supra, titu. j. l. j.

1 ☞ *Moderni gaudent breuitate.*

2 *Qui ponit actum prout est in patiente, præsupponit eum prout est in agente.*

Lex uel statutum loquens de uxore, intelligitur etiam de uiro.

LEX I.

[A]It prætor. Quod metus causa gestum est, non habetur ratum. & ponit diffinitionem metus, & diffinitionem violentiæ. & hoc dicit vsque ad finem. l. Not.
1 †quòd gaudent breuitate moderni. Secundò no. diffinitionem metus, & diffinitionẽ violentiæ. Opp. q metus & vis sunt diuersa. quod apparet: quia diuersæ sunt diffinitiones, vt hic: ergo ad positionem vnius nõ sequitur positio alterius: vt s. titu. ij. l. fi. Sed hic videtur contrarium: quare malè. Respõdeo vis habet se per modum agentis. Radicat enim vis in inferente metum. Metus autẽ respicit personam patientem. Nam in agente nullus est metus. & ideo habes† notare q
2 qui ponit actum, prout est in patiente, præsupponit eum prout est in agente: nec est necesse quòd exprimatur. & hoc est notandum ad multa. Pono vnum casum: [e] Lex dicit aliquid de vxore: certè vxor non põt esse sine viro debet etiam intelligi de viro, vt C. de indi. vidu. tol. l. fi.

LEX III.

[C]Ontinet.

Sed vim. Breuiter in hac l. intelligimus d vi iniustè illata. hoc dicit.

[M]Etum. [f] Metus intelligit q cadit in cõstantẽ virũ, vt mortis, vel cruciatus corporis vel seruitutis, vel pudicitiæ: seus si alterius læuis vexatiõis, vel infamię. h. d. vsq; ad l. metũ aũt. Opp. q metus infamiæ inducit rescissionẽ contractus, vt j. e. l. fi. §. si fœnerator. Rñ. non rescinditur per actionem, quod metus causa, vt hic: sed per officiũ iudicis, vt ibi idem si per timorẽ reuerentiæ, vt puta si filia ob reuerentiã patris, vxor ob timorem & reuerentiam viri, clericus ob timorem & reuerẽtiam episcopi aliquid fecerit: vt l. j. §. quæ onerandæ. j. quarum re. act. non da. & ideo gloss. dicit q factũ metu rescindit multis modis. Quod die vt not. hic super l. nec minorem. & l. interpositas. C. de transact. & ibi plenè dixi.

Verba resultante exanimis, vide Feli. in c. afferte extra de ꝓsump. Itẽ adde quod alienatio rei ecclesiasticæ, q̃ aliàs erat alienabilis, facta p metũ est ipso iure nulla. & idẽ in cõstitutiõe procuratoris facta p metũ, vide Ro. sing. dcxcij. inci. alienatio & in seq. Itẽ qualis metus requirat in masculo & q minor. sufficiat f
mina & quo probet, & an magis testibus deponentibus credat de metu q̃ de spontanea uolũtate, vide Iaſ. in l. interpo
sitas. C. de transact. Item an minæ inducant iustum metum: & an præces potentis inducant metum, vide Felinum in c. j. in j. colum. de offic. deleg. vbi etiam de metu statuti. de metu autẽ reuerentiali, vide ad Bartol. in l. j. §. quę onerande. ff. quæ rũ rer. act. nõ dat. vbi habes remissionẽ ad Feli. late tangentem de reuerentia filij & subditi & solũm erga patrem maritum & superiorem & de istis & aliꝭ multis in materia istius tituli, vide per Iason. l. §. quadrupli. in vlti. gl. instit. de actio. Item an sententia vel laudum latum per metum sit nullum, vide Are. in l. si quis post. col. penul. ff. de testa. vide quę ipse dicit in l. nec furiosus. §. j. in j. col. de testamen. vbi etiam quid de instituto. Item etiam circa istam materiam: an sententia vel laudum latum per metum sit nullum ipso iure & quando vide late Decium consil. xlij. in ij. dub. & ibi etiam quando utilitas aliqua non acquiritur metu inferentis sed tertio locum habet iste tit. Item quæ differẽtia sit inter minas & terrorẽ in materia ista & quòd sicut considerari debet persona inferẽtis metum, ita etiam eius in quem infertur, vide Decium in ca. j. in ij. col. de offic. deleg. & in c. causa matrimonij. in j. col. eo. tit.

¶Pono vnũ casum. Not. de materia correlatiuorũ. vide qđ not. Bald. in l. nemo. C. de sacrosanc. eccl. & no. in l. si cõuenerit. ff. de pac. in l. ff. ff. de accept. l. finali. C. de indi. vidu. & Bal. in Rubric. de iureiurand. Andreas Barbatias.

☞ P. PAV. P.

¶Metum. In mulie re debet intelligi de eo qui caderet in cõstantem mulierem, vide Roma. singul. ccxxix. incip. tu scis. Panormitan. consil. iiij.

☞ POMATES.

¶Metum. Ad istam l. & quasi ad totam vide Alexand. consil. vlti. in iij. volumi. & consil. cj. eodem volum. & consi. xxix. & consil. xlvij. & sequen. iiij. volu.

1 ☞ *Verba edicti debent intelligi de metu instanti.*

Metus instans intelligitur, etiam quando res uerisimiliter tendit ad metum.

2 *Armati qui non tendebant ad locum, non tenentur hac actione possessore fugiente.*

3 *Hoc edictum an concurrat cum interdicto unde ui. remissiuè.*

[M]Etum autem. In hac actione debet probari metus periculi instantis, non
1 suspicati in futuro. h. d. † Nota q debemus intelligere
a verba edicti de metu instãti,[a] licet sint simpliciter prolata. quod facit ad multa. Et est aduertendũ q instans metus nõ accipitur simpliciter, put verè est de præsenti, sed qñ res ad hoc
2 verisimiliter tendit: arg. l. iij cum l. seq. j. de donat. causa mort. vbi text. est not. Et ita loquitur ille tex. sicut iste. No. q illud quod dicit metus, debet intelligi ab aliquo illatum esse. non enim sufficit quòd sit metus, nisi ab aliquo inferatur. † No. q armati, q ad
illum locum non tendebant, non tenentur possessore fugiente. Ad quod oppo. de l. non solùm. §. si dominus. j. de vsur. Sol. bene videor vi deiectus, quantum ad perdendam possessionem, non autem quantum ad inducendam hanc actionem vel interdictũ vnde vi nisi ingredientes viderem. ideo gl. hic distinguit. de hoc vide eum. Item oppo. de l. iij. §. si quis. de vi & vi ar. glo. soluit hic
3 & bene. Quærit gl. nunquid istis casibus res dicatur vitiosa, vt impediatur vsucapio. dic vt in gl. Vltimò † gl. dicit hic q istud edictum non concurrit cum interdicto vnde vi, sed cum interdicto quod vi aut clam. sicut j. proxi. §. contrarium not. C. de dolo. l. ij. Dic vt ibi per Cyn.

Idem. hoc dicit. Hęc actio concurrit cum interdicto, quod vi aut clã.

1 ☞ *Ratio quæ ponitur indeterminatè, comprehendit omnem determinationem, quæ ad eam potest referri.*

2 *Populus & uniuersitas possunt metum inferre.*

Animaduertendum. Contra vniuersitatem metum inferentem habet locu hoc edictum. h. d. Vel sic: Siue violentia inferatur à priuato, siue ab vniuersitate vel collegio, habet locũ hæc actio. hoc dicit.
1 † Nota q quando ratio ponitur indeterminatè, cõprehedit omnẽ
2 determinationem, quæ ad eam potest adaptari. † Nota quòd pob pulus & aliæ vniuersitates possunt ĩferre metũ & delinquec re. Contra l. sed si ex dolo. §. j. infrà de do. Solu. gloss. de facili nõ inferunt dolum vel metum, nec delinquunt: sed cum difficultate sic, vt hic, & l. j. j. ne li. vni. & l. aliud. §. refertur. j. de reg. iur. Dixi de hoc plenè in l. aut facta. in fin. de pœn.

1 ☞ *Causa posita in lege, in dubio intelligitur de proxima, non autem de remota.*

2 *Quis non tenetur alium iuuare.*

3 *Statutum quòd qui acceperit pecuniam uel promissionem ut aliquem remitteret in ciuitate, non comprehendit non officialem.*

Sed licet. Licet mihi accipere pecuniam vt te à violentia
1 illata per alium liberem. hoc dicit. † Nota quòd quando lex ponit causam, in dubio intelligitur de proxima, non autem de remota. Pro hoc l. Carbonum. infrà de verbo. signific.
2 † Nota ex hoc §. [d] quòd ego non teneor alium iuuare [e]: quod
d apparet: qa possum pro hoc accipere pretiũ: vt hic. Si enim tenee ter, turpiter accipere: vt l. pe. j. de condi. ob tur. cauſ. Istum §. † alie
3 gauí prima vice qua fui hic ad q. Erat reformatio in ciuitate ista q quicunq; receperit aliquã pecuniã vel aliquam promissionem vt remitteret eam in ciuitate Spoleti. deberet puniri. Modò quidam recipit pecuniam à domino Petro, si remitteret eum in ciuitate Spoleti: tunc ego dicebam q aut ille erat officialis: & tũc dicitur illicitè accipere. vt j. ad legem Iul. repe. per totum. Et sic habet locum dispositio illius reformationis. Aut nõ erat officialis: & tunc non incidit in reformationem: quia licitè acceperat. Ita dixi per hunc §.

1 ☞ *Res dicitur perfecta executione facta.*

2 *Sententia condemnatoria regulariter executionem requirit: non absolutoria.*

In actis liberatorijs non est necessaria executio.

3 *Verba legis negatiuè prolata: etiam ad iudicem relata actionem & exceptionem producunt: affirmatiuè uerò officium iudicis.*

4 *Interlocutio principis redacta in corpore iuris habetur pro lege.*

Sed quod prætor. Ex hoc edicto in rebus seu negotijs perfectis oritur actio & exce
1 ceptio. h. d. † No. dici rem perfectã quãdo facta est executio. No.
2 ex isto † §. q sententia condemnatoria requirit executionem regulariter: sententia absolutoria trahit secum executionem. Et sic

a ¶Metum autem. Metu instanti. Et vide quod dicit Ioan. Andr. in c. quia propter. de elec. quod vultus terribilis potentis, infert iustũ metũ. quod dictum reassumpsit Bal. de pace iur. fir. in §. iniuria. Et adde quod dixi post Bart. in l. metum. C. eod. q vultus terribilis debet ostendi contra delinquentẽ. in auĉ. de man. princ. §. talem not. sed contra innocentẽ nõ, nisi ad præludia inquirẽdi veritatem. C. ad Sylla. l. fi. vide Bald. in d. §. iniuria. & adde quæ not. Bar. in l. creditor. in fin. de solu. Adde qualiter probet metus Alex. consi. cliij. Pet. de Anch. consil. ccc. per Old. consil. xxxv. & de multis coniecturis ad probã dum metũ, per Bal. cõsi. cccxxxvij. j. lib. per Roma. consil. ccccxxx. Et quis sit metus qui caderet in constãtem virũ, per Alex. consi. xcix. iiij. lib. & an metus Tyranni sit sufficies ad excusandũ vasallũ, qui alteri quàm dño iurat fidelitatem, per Abb. consi. iij. fin. lib.

↠ P. PAV. P.

¶Vide Ange. consil. clviij. inci. cum multitudo.

¶Animaduertendũ. Inferre metũ. Et facit iste tex. q si commissa est generaliter inquisitio cõtra quoscunque, intelligit cõmissa inquisitio contra vniuersitatẽ vel collegium. De quo dubitatur per Specu. in titu. de inquisi. in §. pe. versicu. quid si inquisitio. Et hoc tenet Cyn. hic in addi. & Bal. in l. fed si hoc. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. in lect. anti. per Inno. in c. graue. de sentẽ. excom. & quod not. Bart. in l. aut facta. §. fin. de pœ. & Bald. in auĉ. quicunq; de epi. & cler.

☞ POMATES.

¶Nota ex hoc §. Vide de laſo. in l. vt vim. j. colum. de iust. & iu re. Rom. consi. cxvij.

¶Sed licet. Alium iuuare. An teneat aliquem iuuare, vide tex. in c. dilecto. de sentẽn. excommu. in vj. libro & not. in c. quam te. eod. tit. in anti. & quod dixi post Bart. in l. præscriptis. ad fi. C. fi cõtra ius. Et istud notat Bart. in l. verum. ff. de parri. & c. sicut dignum. de homi. & Bal. in l. j. vnde vi & Barto. & Bal. in l. vt vim. & quod notat Bart. in l. j. in §. sed in eo. ad Sylla. fallit in familiart qui tenetur adiuuare dominum. l. cũ dominus. ad Syllanian. secundùm Flo. in l. scientiam. §. si quis ã. ad legẽ Aqui. An quis teneatur iuuare, vide Roma. q nõ, eius cõ filio cxvij.

¶Volenti. Secunda lectu. vide in l. iij. C. eodem.

Volenti. Difficilis est: & difficultas eius est in gl. & legitur tribus modis, secundũ verã lec. hoc intendit: Metũ passo datur vt lis ex hoc edicto ipso iure & per actionẽ ex hoc edicto restituit directa. h. d. Et pono casum secundũ lect. veram. Ponamus q tu per vim compulisti me vt tibi traderẽ rẽ meã ex cã donationis: d vnde donaui & tradidi p metũ: & sic trãstuli dñiũ in te. Modò dicit q ex hoc edicto, p ducit actio & exceptio: quæritur mõ e qualiter subueniat mihi. Dic q habeo ipso iure vtilẽ in rẽ, quæ primò erat directa. Itẽ habeo actionẽ in personã ex hoc edicto, p quã rescindit quicquid actũ est. Hoc dicit secũdũ verã lec. Et prima lec. gl. est q vtilis in rẽ habet locũ qñ metus intercessit circa corporalia: quod metus causa, quæ est personalis, habet locũ quando circa incorporalia metus intercessit. Vnde secundùm hanc lec. datur vtilis in rem, quãdo dominium est translatũ. Actio quod me. causa personalis, quando incorporalia iura per metum sunt remissa. Secũda lec. f est quòd circa corporalia habeat locũ actio personalis quod metus causa, & vtilis in rẽ. Circa incorporalia verò solũ quod metus cã. Vnde secũdũ lo. intelligitur q datur actio vtilis in rẽ, qñ dñiũ est trãslatũ per metum: & daẽ actio qđ metus cã, quæ est personalis etiã tũc, qñ est trãslatũ dñiũ. Et in hoc differt à prima casus positiõe, qđ ibi etiã dicta actio qđ metus cã, qñ iura corporalia f sunt remissa: sed non daretur vtilis actio personalis: licet vtilis in rem. Assignat ra-

a ¶Rationem. Adde quæ not.per Bal.in l.j.in iiij.col.de condi. ex lege.

b ¶Licet tamen. Vide 1 in l.iij.C.e.& l.ſi pervim.j.e.et ſi cũ exce. §.poſt annum. Et an iſtud remediũ cõcurrat cũ l.ſi quis in tantam.vide Bar.in l. ſequitur. §. ſi fundum. de vſu. & gl. & in d. l.ſi quis.ad fin.

↠P. P A V. P.

c ¶Extat. Pro intelligentia huius l.cuius. iudicio iudex excuſet à pœna & q̃ non requiratur dolus,ſed ſufficit culpa vid ale. cõſ.cccvj. Itẽ q̃ iſta lex nõ profit ei q̃ primo moleſtiam cõmiſit vide Paul. de Ca. conſ.xxxv.in pe. co

tionem:quia dominium idem durat, licet in alium transferatur, nõ tamẽ durat, actio quando acceptilatio interponitur,ſed totũ extinguitur.Tertia lect. †eſt q̃ vbicũq; habet locũ prima vtilis,& actio in perſonam, ſ.quod metus cauſa ſiue circa corporalia, ſiue incorporalia. & iſtã teneo q̃ fuit Azo. Vnde intellige ſecundũ Azo. q̃ ſi per metum tranſtuli dominium,vel per metũ liberauí te ab actione, datur actio quod metus cauſa,vt reſtituat in primũ ſtatũ,vt in præcedẽti.§.datur etiam vtilis in rẽ, & vtilis in perſonam,quæ primò erat directa.Hæc opinio Azo.probatur per caſum j.e.l.ſi mulier.in fi.Sed videamus rationẽ[a]. Et ad intelligentiam huius,debes præmittere duo. primò q̃ verba negatiuè prolata ſtatim ſuũ producant effectũ,licet quãdoq; manifeſtetur ex parte,vt l.iiij.j.de manu.te. Secundò debes ſcire q̃ actiones introductæ à iure ciuili prætor nõ poteſt iure directò tollere vl' introducere.vt §.quos autẽ.inſtit.de bon.poſ.& j. de minorib.l. & ſi ſine.§.ſed quod Papinianus.ergo cũ verba hęc dicãt,ratum nõ habebo,ſtatim aſſumunt ſuum effectũ.Secũdò prædicta eſſe vera colligit Iuriſcõſultus ex verbis edicti & ipſorum ſignificatione,dum dicit ratum nõ habebo.†Natura enim orationis negatiuę eſt vt nullo tẽpore vera ſit licet quãdoq; poſsit ad tẽpus latere vtrũ ſit verũ vel non:vt d.l.iiij.j.de ma.teſt. Sic in propoſito cum prætor dicit,ratum non habebo, hoc eſt, nullo tẽpore habebo ratum:vnde & anteq̃ videatur ad iudicium prætor ratũ:non habet,ſed tunc declaratur ipium ratũ nõ habere:vt d.l.ſi mulier. j.eod.§.j.Vnde ſecũdũ ſubtilitatem iuris ciuilis, ſi dominium ſit translatum,& liberatio ſit ſecuta per acceptilationem prætor p ſuum edictũ non poteſt reſtituere dominium directũ nec actionem directam,ſed nõ habẽdo ratum quod geſtum eſt,ſtatim reſtituitur vtilis ipſo iure,quod poteſt prætor.Sed quia hoc fortè non ſufficit nec de hoc contentus eſt ille,qui paſſus eſt metũ datur ſibi actio quod metus cauſa:per quam directam cogetur reſtituere à prætore viuo,quod non potuit facere edictũ prætoris mortui.Itẽ cogetur reſtituere rem,quatenus de facto fuit ad eũ translata.quod ipſo iure fieri nõ potuit:& ideo apparet q̃ ex verbis edicti dum dicit,ratum nõ habebo:habet primam vtilem in rem vel in perſonam.Item actionem quod metus cauſa,vt reſtituatur:ideo puto q̃ ſi eſſet diſpoſitio iuris ciuilis,quæ diceret,ratum non habebo,competeret prima directa in rem & in perſonã.Tene menti:quia vtilia ſunt. Item verbum, ratum,† refertur ad ius.q.d.ratũ non habebo de iure.verbũ firmũ,refertur ad factum. Vnde ſi diceret,nõ habebo ratũ,neq; firmum : intelligitur ratũ de iure:firmum de facto.Quod no.ĩ l.id quod pauperibus. C.de epiſ.& cle.& ideo prætor non habet ratum de iure inquantum ipſe poteſt.& quia ipſo iure non ſufficit:adhibe remediũ facti,per in integrum reſtitutionẽ propoſita actione quod metus cauſa:quia prætor ratum non habet:ſed quia nõ poteſt dominiũ quæſitum alteri auferre,iure directo,concedit vtilem actionem. Itẽ ex iſtis verbis cõpetit metũ paſſo actio, per quã cogitur ille, qui metũ intulit,reddere dominium directum , vel ſe ponere in priſtinam actionem directam:ergo quod hic dicitur, ex his verbis edicti colligitur de neceſsitate.quod nota.

Idem Iulianus. Metũ inferens tenet reſtituere, & de dolo cauere.h.d.Vel ſic: Qui reſtituit rem,per hanc actionem cogitur cauere de dolo.h.d.

b **Licet tamen.** †Perſecutoria tollitur p pœnalẽ, qñ ineſt rei perſecutio.h.d.Vel ſic: Actio in rẽ tollitur per pœnalẽ;& econuerſo:quia in pœnali cõtinetur rei perſecutio.h.d.Opp.q̃ nõ eſt,tolli nõ poteſt:vt l.nã & ſi.§. poſt defectũ.de iniuſt.rup.teſt.Sed ad quadruplũ nõ cõpetit,niſi ſecuta cõtumacia.So.vt ĩ gl. Itẽ op.de l.ſi p̃fure.j.ũ cõ.fur.Solue vt ĩ gl.

Ex hoc edicto. Per hanc actionem debet res in priſtinũ ſtatũ reſtitui:aliàs cõtumax in quadruplũ condemnabitur.h.d.Vel ſic: Per hãc actionem fit reſtitutio in priſtinũ ſtatũ,& ad reſtituẽdũ metũ inferẽs cõpellat. h.d.Op.de l.ſi quis accepto.& l.ſi mulier.j.de cõ.ob cauſam. So.

Intellige quod hic dicit q̃ reponat in priſtinã obligationẽ, ſi eſt debitũ cõditionale,vel in diẽ:aliàs debet ſoluere,vt in cõtrarium. facit l.ſi ſponſalibus.j.de iure do. Quæro qñ debitũ eſt cõditionale,& quis nõ vult repõnere in priſtinam obligationem, quid quadruplabit. Quicquid dicat gl.dic q̃ quia iſte cõuenit ex ſuo dolo,totũ quod erat in obligatiõe quadruplabitur:vt l.locũ.§.cõdẽnatio.de tab.exhi.Sed quid ſi eſt talis obligatio,quę nõ poteſt in priſtinũ ſtatũ reponi?Dic vt in gl.quã no.quia vide q̃ obligatio ex delicto nõ poteſt cotrahi ſub conditiõe,ſed purè,nec recipit diẽ,vel conditionẽ.quod intellige qñ ex dolo: ſecus ſi ex culpa,ſaltem quo ad executionem, vt l.in lege Aquil. ſi deletũ.j.ad l.Aquil.Fallit in l.ſi tutor reipub.in fi.j.de tu.& ra.diſtrã.Sed gd ſi reus & multi fideiuſſores tenentur: an contra omnes quadruplabitur?Dic vt in gl.& dicam ĩ in ſeq.§.

Cum autem. Hęc actio eſt in rẽ ſcripta,ideo daẽ cõtra oẽs,ad quos cõmodũ peruenit ex metu. Itẽ eſt reſtitutoria,& iõ oĩa in priſtinũ ſtatũ reponit.h.d.cũ l.ſeq.

Si quis. Non tenetur quis ex metu illato per alium,ni ſi quatenus commodum ad eum peruenit. hoc dicit.

1 ☞ *Quando titulus non excuſat à percipiendis.remiſſiuè.*

Sed & partus. Acceſsiones perceptæ & quæ à petitore percipi potuerũt veniunt in hac actiõe.h.d.No.hic caſum †quo titulus à percipiendis nõ excuſat. Sunt & alij caſus, qui numerantẽ hic.de quo in l.ſi qs fundum.& per totum C.de rei ven.

1 ☞ *Vim ui licet repellere,etiam ex interuallo quantum ad actionem,quod metus cauſa.*
2 *Habens exceptionem,& uim committens,poteſt accuſari l.iul.de ui.*

Quæri poteſt. Actio quod metus cauſa,nõ cõpetit ei qui ex metu ãdnificatus non eſt.h.d.Vel ſic:Qui per metũ reddit,quod reddere tenetur hac actione vel alia,nõ habet actionẽ quod met.cauſa.h.d.cũ §.ſeq. Not. gl.quę dicit q̃ quis teneẽ de fructibus perceptis & percipiẽdis, licet habeat titulũ.Op.& videtur q̃ vim†vi repellere nõ licet,ni ſi incontinenti:vt l.j.C.vnde vi.& j.de vi & viar.l.iij.§.cũ igitur. & l.vt vim.ſ.de iuſt.& iure.Solu.quidã intelligunt ſic iuſtum §. quod vis fuit adhibita incontinenti. Tu dic q̃ hoc verũ quantũ ad interdictũ vnde vi:quantũ autẽ ad hanc actionẽ hoc non curatur.Ratio:quia requirit damnũ,vt hac l.in fin. Secundò op.ga ſecundũ hoc qui intulit vim debet primam actionem perdere. ſcilicet quod me.cauſa.vt hac l.in fi.& j.l.proxi.Sol.gl.dicit no.licet amittat actionem,non tamen amittit exceptionẽ ſi poſsidet, quod eſt no.dicã j.l.proxi.Et ſi†dicas:ergo non punietur violentia in eo qui habet exceptionẽ.Rñ.imò punitur,quia poterit accuſari lege Iul.de vi.Ad fi.huius §.opp.ſi verũ eſt inferentẽ metum amiſiſſe ius crediti:ergo verũ erit iſtud, qui coactus eſt ſoluere ſuſtinuiſſe dãnum:quia ſoluit indebitum : & ſic habet locũ actio quod met.cauſa.Gl.diſtinguit tria tempora: ideo dic vt in ea in eo quod dicit gl.conſiderari punctum : quia tempore metus adhuc non amiſerat. Oppo.paria ſunt quid eſſe futurum de proximo vel iam eſſe productum in eſſe:vt l.non tãtùm.in prin. j.de excu.tut.& l.vt iuriſiurandi.in princi.de ope.lib. Rñ. quòd etiam poſt violentiam illatam nõ amiſit ius crediti ipſo iure,ſed ſperabatur amitti per ſententiam,vt dicam infrà l.proxi.Et ideo gloſſ.tam hic,quàm infrà l.proxi.videtur erraſſe in hoc: & ſi haberem diſputare punctũ huius gloſſ. fortè aliter determinarem.

1 ☞ *Occupans rem propria authoritate quando non puniatur.*
2 *Quando duo ſubſtantiua ponuntur ante,& poſtea ſequatur adiectiuum, illud dicitur uenire ad determinationem utriuſque:quando hoc ſalua ratione recti ſermonis fieri poteſt.*
3 *Genera uiolentiarum quod ſint ubi quædam expulſiua, quædam turbatiua, quædam inquietatiua,& quædam ablatiua,& quædam compulſiua.*
4 *Diſpoſitio huius l.q̃ habet locum pro omni uiolentia,præterquam in turbatiua.*
Hoc edictum poteſt concurrere cum interdicto, unde ui, bonorum raptorum, quod ui aut clam,& cum actione quod metus cauſa.
5 *Hoc edictum in quo ſubueniat.*
6 *Creditor qui infert uim debitoris,ius crediti ſui perdit,non ipſo iure,ſed per ſententiã.*
7 *Lex loquens per uerba futuri temporis,non intelligitur ipſo iure,ſed per ſententiam.*
8 *Practica huius l.eſt ut detur libellus,lis conteſtetur,& probationes fiant.*

c ¶Extat. Continuatur cum ſuperiori ;& hoc intendit: Creditor qui per vim , pecuniam, vel rem ſibi debitam accipit , vel ſibi ſolui facit , ius debiti perdit,

ad hanc .l. v. plurima p Rupam; & Sepola de rest expoll n° 85 & concordat. l. 14 n° 107

perdit, & omne ius quod habet in re, vel pro re.hoc dicit. quia iſta eſt quædam conſtitutio noua,vel non declarata vel gloſſata per Iuriſconſultum quam ponit hic,& in l.j.j.ad l.Iu.de priua.& ideo gl.conata eſt gloſſare eam, licet parum de ea curetur : aliter gloſſaret Iuriſconſultus.Modò oppo.de l.ait prætor.§.ſi debito-
1 rem.j.de his quæ in frau.credi.& l.iij.C.de pig.†Sol.hęc eſt regula.Fallit in caſibus,qui ponuntur hic in glo.ſuper verbo, iudice.
2 quam not.ſigna.[a] Et facit ad prædicta quod habuiſtis per Inno. in c.olim.extra de reſti.ſpoli.Fallit enim in debitore fugiente,& depopulatore agrorum.Item fallit in pacto,vt l.iij.C.de pig. Itẽ in legatario:quia ſua authoritate occupat rem legatam: vt l.j.§.j quorum lega.Sed iſtud eſt qñ res à nemine poſsidetur. aliàs ſecus.Secundò op.& aſſumo prin.gl.magnæ.& opp.de l.qui vascus.Secundò op.& aſſumo prin.gl.magnæ.& opp.de l.qui vas. in prin.j.de fur.Sol.glo.hic ponit plures ſol. Iſta eſt vera q̃ credi tor qui infert vim,& accipit rem ſibi debitam,admittit ius credi ti quod habet in re,vel pro re.Ita loquitur hic.Sed in l. contraria auferens rem,admittit condictionem furtiuam, per quam potet rat repetere rem:nõ autem actionem furti,quæ competit ad pœ nam:nec datur ad rem vel pro re.Hęc eſt vera, quam tenent do 5 ctores in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi. & ego in l.cõtraria. Item op poſitum.& intro gl.magnam:quia hoc videtur contra text.qui dicit rẽ vllam debitoris.per quod innuit q̃ perdit ius debiti, etiam ſeparatum à re.quod quidam fatebantur.Tamen falſum eſt. Debet enim intelligi,rem vllam, ſcilicet debitam:vt ſic illud quod ſequitur in tex.debitam,referatur ad rem & ad pecuniam. Pro hoc in l.hæres.§.j.de leg.iij.Ad idem j.de condi.& demon.l. mulieri.&
2 Titio.Tene menti:quia †quando ante ponũtur duo ſubſtãtiua[b], b & poſtea ponitur vnum adiectiuum, q̃ illud dicitur venire ad determinationem vtriuſq;,qñ hoc poteſt ſalua ratione recti ſermonis:vt l.Plautius.de au.& arg.leg.Item opp.in auẽ.vt nõ fiant pig.per totum.& in corpore,vt nul.iud.§.verò.Sol. hic loquitur quando capiuntur res,illæ conſtitutiones quando capitur perſona.Vide ea quæ ponũtur in auẽ.ſed omnino.C.ne vxor pro ma. Item opp.de eo q̃ dicit,pecunia occupata:quia illa in ſpecie nõ erat debita.Sol.pecunia debita erat,& in illa videbat habere ius: quia in genere ſuo recipit functionem,vt l.iij.§.j.ſi cer.pet. Ex-
3 peditis gl.†prout ponũtur cõtraria, veniamus ad materiam violẽtiarum.& glo ponit multa hona:ſed nõ quantum ad materiã huius legis.Et dicit gl.ad euidẽtiam huius legis debetis ſcire q̃ multa ſunt genera violentiarum.Eſt enim quædam violentia expulſiua:& iſta nõ habet conſenſum expulſi,& hęc punitur per interdictum vnde vi:vt j.de vi & vi ar.per totum.& habet locum ſolũ in re immobili,vel in his quæ erãt in illa re.Eſt quædam alia violentia,quæ vocatur turbatiua:& iſta habet locum tam in re mobili,quàm immobili:& contra eam ſubuenitur per interdictũ, vti
c poſsidetis,vl' vtrobi:vt gl.dicit.Sed eſt aduertendum[c] q̃ pro hac violentia non reperitur prodita aliqua ;publica accuſatio criminalis:vt l.ſeruus.j.de act.& obli.& l.hoc iure.de reg.iur.& ibi per Iac.de Are.Eſt tamen prodita actio iniuriarum ciuilis,vel accuſatio iniuriarum,quæ priuata eſt:vt j.de iniur.l. ſanè ſi maris. & C.de iniu.l.iniurijs.& iſta violentia ſimiliter non habet conſenſum partis.Eſt tertia violentia,quę vocatur inquietatiua:vt quã do tu ędificas in meo,vel aliquid facis,& hæc violentia punitur per interdictum, quod vi aut clam.& poteſt eſſe q̃ hæc violentia habet conſenſum eius cui infertur: vt l.metum.§.ij.ſ.eod.Eſt
d quarta violentia, quæ vocatur ablatiua, [d] & iſta habet locum ſolum in rebus mobilibus,nec habet voluntatem eius cui auferuntur: & pro iſta eſt prodita actio vi bonorum rapto.& competit etiam accuſatio.l.Iulia.de vi. Eſt quinta violentia,quæ vocatur compulſiua , vt quando per vim aliquis cogitur conſentire & velle.de qua loquitur iſte totus titulus hic,& C.eo. Sunt & alia iura punientia violentias, quædam prætoria, vt interdictum ne vis fiat ei : & multa alia interdicta prohibitoria. Et quædam iura ciuilia conſtituuntur, quæ puniunt violentias, de quibus facit mentionem hæc gloſſ.ponuntur pro maiori parte in titul. C. vnde vi.Roſ.omnes iſtas conſtitutiones commentauit circa finem libelli ſui, inter quas conſtitutiones eſt edictum diui Marci. Et eſt primum in ordine illorum commentorum.Circa iſtud
4 ergo, † quia eſt materia noſtra, aliqua videamus. Circa quod primo quæro, pro qua violentia habeat locum iſtud edictum? Reſpon. hic loquitur generaliter de eo qui per vim acceperit, vel per vim poſsidet. Et ideo dico,quòd ſiue ſit violentia expulſiua,ſiue ablatiua, ſiue cõpulſiua , ſiue inquietatiua,ſi tamen ſit talis quæ priuet adueſarium poſſeſsiõe ſua,habet locũ iſtud a
ædictum:vt hic patet in eo quod dicit poſ- b
ſidere,& accepiſſe. Hoc probat[e] ex textu, qui dicit,non ab ipſo ſibi ſponte datã,quæ verba congruunt , ſiue auferatur res : ſiue debitor inde expellatur, ſiue ad dandũ cogatur eo caſu quo creditor non poſsideret, c
non haberet locum hoc edictum : vt patet ex eo text.ſine vllo iudice temerè poſsidere.Pro violentia verò turbatiua non haberet locum : quia non priuatur aduerſarius poſſeſsione,nec res ab eo aufertur per illã d
violentiã.Sic vides q̃ ſecundùm diuerſitatem caſuum,poteſt concurrere cùm interdicto vnde vi,& cùm actione vi bo. rapt. & cũ actione quod metus cauſa , & cũ in- e
terdicto quod vi aut clã. Item quæro,† ad 5
quid ſubueniat hoc decretum? Roſ. videẽ ponere q̃ ex hoc decreto oriatur actio ex lege iſta.Sed glo.dicit q̃ hoc decretum nõ tribuit actionẽ ad repetendũ id , quod eſt datũ per vim vel ablatũ,ſed repetet aliis a
ctionibus cõmunibus,ſcilicet conditione indebiti, vel ſine cauſa,vel vi bonorũ raptorũ,& ſimilibus. Quòd iſtud ſit verum, q̃ ad recuperandũ ex hoc edicto non cõpetebat actio, apparet ex tex.qui dicit:ius non habebit,qui ſuper iure decreti diſponit,nõ 6
ſuper re.Sed vtrum creditor,† qui vim intulit, ius crediti perdat ipſo iure,an requiratur ſententia? Gl.videẽ velle q̃ amittat ipſo iure hic dum dicit,occupantem iure debiti priuat.Dat enim cõditionem indebiti vel ſine cauſa ad repetendũ. Pro hoc videtur caſus ſ.l.proxi.in fi.dum dicit,ius crediti amiſiſſe,&c. No.q̃ dicit amiſiſſe,quod eſt temporis præteriti.Ita tenet etiam gloſ. ibi. Quod videtur probari etiam ex iſto text.dum dicit , ius crediti non habebit.& ſic loquit negatiue.& eſt cõſtitutio iuris ciuilis, quæ ipſo iure actionẽ tollere põt:ideo ipſo iure tollat.vt l.metũ. §.volẽti.ſ.eo.Contrariũ puto verũ, q̃ perdat ius debiti per ſentẽ e
tiam .[e] Et ideo Roſ.in libellis ſuis ſuper rubrica. de edicto diui Mar.format libellũ,per quẽ petitur vt à iure debiti priuet.Probo per tex.hic,qui dicit:quiſquis mihi probatus fuerit.non ergo ipſo iure perdit, ſed oportet q̃ violentia facta prius probetur. Præterea hic dicitur,ius crediti nõ habebit,& ſic loquit in futu
rũ.Et regula eſt†q̃ qñ lex loquit per verba futuri tẽporis,nõ in- 7
telligit ipſo iure,ſed per ſententiã: vt l.iubemus.§.ſane. C. de ſacroſan.ec.& in l.in criminali.C.de iuriſd.om.iudi.& in auẽ. habita.ne fil.pro patre.Non obſtat quia iſta ſunt verba negatiua, ergo &c.vt in §.volẽti.quia ibi verba referebanẽ ad inuicem:hic ac partẽ.Itẽ ibi ſuper iure quærendo:hic ſuper iure quæſito tollendo.Nõ obſtat ſ.l.proxi.dũ dicit,ius crediti amiſiſſe: quia Iuriſcõſultus ibi loquit enũciatiuè.ſ.amiſiſſe,prout continet in l. ſeq.Quia autẽ citò amitti ſperabat per ſententiã,ideo amiſiſſe dicitur:vt l,nõ videẽ.j.de acquir.poſſeſ.& l.nemo videẽ.& ibi not. 8
ſ.tit.j.per libellũ ergo peti debet.† Itẽ quæro quæ erit forma practicãdi iſtã legẽ?Rñ.videẽ tex.dicere q̃ primò debeãt fieri probationes,poſtea debeat dari libellus,per quẽ hoc petat:quod apparet:quia text.dicit,quiſquis probatus mihi fuerit. quæ verba faciunt conditionẽ:vt l.qui liberis.§.hæc verba.j.de vul.& pup. Antè ergo debet exiſtere cõditio,quàm actio cõpetat vel intentari poſsit:vt l.cedere diẽ.j.de verb.ſig. Credo q̃ debebit dari libellus,& lis conteſtari,& poſt cõteſtationẽ hoc probari ſecundũ ordinẽ iudiciorũ.Nõ obſtant hæc verba,quiſquis mihi ;pbatus fuerit:quia tacitè inerat.ſ.q̃ hic probetur.& ideo reddidit diſpoſitionem cõditionalẽ:vt l.hæc verba.j.de leg.j. Sunt quædã aliæ conſtitutiones,quæ puniũt violentos,ſicut conſtitutio l.non abſre.C.vnde vi.& conſtitutio l.ſi quis in tantam. & conſtitutio l. meminerint.& omnes ſimiles,prout ſuprà dixi.Omnes illas Roſre.in libellis ſuis commentat.& ego dum legi gloſſ. illas omnes ſolenniſsimè vobis legi.quas videatis.

Si cum exceptione. Qui in effectu damnũ non patitur, ex hoc edicto actionem non habet. hoc dicit. Oppo. de l. me-

§ POMATES.
¶Quã no.ſigna. Vide de Cepo. cõſi. xxvj. in primo dubio.
¶Duo ſubſtantiua. Adiectiuũ poſt duo ſubſtantiua determinat illa æqualiter.Vide quæ dixi poſt Imo.in l. cũ filio . de lega.j.
¶Aduertendum. Et de iſtis omnib⁹ adde bonam glo.in l.ij. C.e.adde Barto.in l. iniuriarũ. §. ſi quis. & ibi dixi.j.de iniu.
¶Vocatur ablatiua. Sed quare non competit pro re mobili interdictũ poſſeſſorium. vide Cyn. & Bal.in rub.C.eo.
¶Per ſentẽtiã. Nota q̃ ad pœnã huius edicti requiriẽ ſententia,licet gloſſ. cõtra. Adde no. p Bal.in l. Imperator. & quod ibi dixi,de iur fiſci.

a ¶Si quis non restituat. Vide Sali. & quod ibi scripsi in l. cum te. C. eod.
b ¶Nō restituat. vsq; aūt ad quātū tēp⁹ durat hęc facultas offerēdi, vide q̄ no. in l. si qs stipulat⁹ fuerit decē. de so. j. & in l. itē veniūt. in §. cū p̄dixim⁹ de pe. hær.
c ¶Post annū. concurrit cum actione. vide gl. & Bal. in l. si p. vim. C. e. & j. ea. l. in §. eum qui. vbi nota.

↠ P. AV. P.

d ¶In hac actiōe. Quaeritur hoc ītelligaē, vide dec. cō. xlij. ī iij. du.
d ¶In hac actiōe. Probare. quid oportet p bari ī hac actiōe, vide j. eo. l. nō est. p gl. & doc. ī §. hęc aūt actio. in ver. ex p̄dictis habes no. vide de his actiōibus arbitrarijs, quod no. dixit Bar. ī l. hoc edicto. ī prī. j. de pub. & adde bar. hic Deformatiōe libelli, addę Bar. ī fi. ī aūt. cōtra q. ppriā. et ibi Bal. ī fi. de nō nu. pe. & Bar. ī l. athletas. §. calūniator. de infa.

↠ POMATES.

e ¶Quidā dicūt. Vide Ias. ī §. quadrupli. in vij. co. Insti. de act. q sequitur Bar. hic.
f ¶Diffinit cām suam. Diffinitiua est illa, q̄ diffinit cām. no. et diffinitiuā dupliciter sumi p d. Ant. extra de re iu. ī ru. adde bar. in l. Titia. j. de accu.

↠ POMATES.

g ¶Diffinitiuā. Vide Fel. in rub. de re. iud. in ij. col.
h ¶Vtraq; sniā. p bal. ī d. l. abexecutore. ipri. Bal. hic, & vide Bar. in l. fin. §. j. j. de appel.
i ¶Euitare pœnā. An ī cā appellationis habeat locū pœnitētia, adde gl: ī l. j. ī prin. de act. emp. facit q̄d no. ff. de ap. l. creditor. §. iussus. & istas alleg. bal. ī c. porro. circa fi. quę fuit prima causa benefic. amit.
k ¶Aliquādo. Sed. hic ad emptorē. Et vide glo. s. ea. l. §. ī hac. & C. e. l. nō interest. per gl. & doc. & ibi oīno glos. & Cy.

☞ Adde Bart. idem tenentem in l. ſtipulationes non diuidūtur. in vij. q. & in l. j. §. j. in ij. col. de ope. no. nun. & est tex. in l. illud cōuenit. & ibi Bar. & Ang. ad hoc no. de excu. mu. li. x. Bal. in l. nec patron⁹. ad fin. C. de ope. lib.
vbi dicit istud esse inductum ppter authoritatem legis nō contemptibilem. Facit quod tenet do. Abb. in ca. j. in vltimo not. de sponsa. vbi tenet quòd possit precisè compelli maritus & vxor vt ſ vnum redeant, nec soluendo interesse liberatur: quia obligantur ad cohabitationem ex lege diuina. vide Ias. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. in xxj. columna. Anto. Alexā.

tum. §. sed quod prætor. ſ. eodem. Solut. ibi exceptio veniebat ex hoc edicto: vnde hanc actionem non impedit. Secus ſi aliun de veniret. & hęc vera. Sed quid ſi erat tutus exceptione odiosæ? Dicit gl. agendum est hac actione, & ęſtimari debuit euentus: qa posset esse q̄ solueret: sed nescio videre quomodo æstimetur iste dubius euentus: quia non est verisimile q̄ soluat, sicut nec ille qui est obligatus naturaliter tantum: ita nec debetur ista actio quæ continetur. l. illud. ſ. eodem.

Si quis non restituat. 'Huc usque Iurisconsultus exposuit primam partē edicti, ſ. quod metus causa gestum est, ratum non habebo. Nunc exponit secundam partem edicti, cuius verba ordinatè non habemus: tamen vt colligitur ex infrà, scriptis poterunt esse talia verba: ſi quis non restituat[b] quod eum restituere oportet intra tē pus, quod datur iudicatis, condemnabitur intra annum in quadruplum, post annum in simplum causa cognita: vt j. ea. l. §. quatenus. ver. sinautem ante. & in hoc §. & seq.

Post annum. Hæc actio cōtra nō restituentē post annum competit ad simplum. h. d. Oppo. de l. non conuitij. C. de iniur. vbi actio iniuria rum tollitur anno continuo: sed hic dicitur vtili: ergo malè. Sol. speciale est hic in iniuria illata, metu compulsiua. Item opp. quia actio ista concurrit cum actione[c] vtili in rem: vt l. metum. §. volenti. ſ. eo. Sol. fateor q̄ cōcurrit cū actione descēdēte ex hoc edicto: vt ibi. secus ſi aliunde veniret. Item oppo. cōtra rationem huius §. quia quandoq; non datur hæredibus, neq; contra hęredes: vt insti. de perp. & temp. act. §. non omnis. Sol. fateor q̄ ista ratio nō est generalis semper: quia fallit quandoque: quia illa est bona ratio, qua sublata tollitur dictū, vel qua posita ponitur dictū: vt l. ſi verò non remunerandi. j. mandati. quod nota.

☞ Pœna quadrupli an sit pœna delicti uel contumaciæ. remißiuè.

In hac actione. [d]Qui agit hac actione, duo debet probare, ſcilicet metum illatum, & ad inferentem metum commodum peruenisse. h. d. Nota positiones quæ debent fieri in actione quod met. caus. Item nota quòd pœna † quadrupli non est pœna metus illati, sed pœna contumaciæ. Facit ad quæst. vtrum pœna quanti pluris quæ imponitur non soluenti vel neganti dicat pœna delicti, an verò pœna contumaciæ non soluentis, de qua dixi in l. j. j. de in lit. iu. & plenissimè in l. ij. de pu. iu. Quęrit gl. vtrū ille, ad quem commodum peruenit ex causa onerosa, teneatur ac actione. Gloss. dicit sic. Dicam statim in §. aliquando.

☞ In hoc iudicio possunt ferri duæ sententiæ: item una tantum.
Libellus in hoc iudicio formari potest duobus modis.
In actionibus arbitrarijs possunt ferri duæ sententiæ.
Quando feruntur duæ sententiæ, an utraque sit diffinitiua & ab utraque sit appellandum.

Appellari à taxatione expensarum an possit. remißiuè.
Si appellatur à secunda sententia, ea pendente restituendo an quis euitet pœnam.

Hæc autem actio. Fortis est: & breuiter hoc intendit. Hæc actio est arbitraria: & ideo iudex non restituentem post primā sniam condēnat in quadruplum. hoc dicit. Oppo. quòd iste text. sibi contradicat. Primò enim dicit sententiam datam: postea dicit condemnatio nē patietur. & sic præsupponit non esse datam in p̄terito. Solu. huius timore gl. exponit datam, id est, dādam super quadruplo. & sic secundùm hanc gloss. habet reus facultatem soluendi vsq; ad sententiam ferendam super quadruplo: sed quia ista procedit cum violentia: ideo alij dicunt q̄ hic fuerunt duæ sententiæ. prima super re. Et sic non restituerit tunc patietur condemnatio nem quadrupli. Si ista gl. intelligitur, si non restituit vsq; ad sententiam primam, non diceret bene: quia habet facultatem restituendi vsq; ad tempus quod datur iudicatis: vt infrà eod. §. quatenus. & §. quod si homo. Iste † est verus intellectus, q̄ primo cōdemnabitur ad restitutionem: & ſi nō restituit intra tēpus quod datur iudicatis: tunc condemnabitur ad quadruplum: & sic ferē tur duæ sententiæ. Quidam dicunt[e] q̄ non est necesse quòd feratur nisi vna sententia hoc modo: condemno te ad rem restituendam, & ſi rem non restituas ex nunc condemno te ad quadruplum: vt l. conductores. C. loca. & l. non ab re. C. vnde vi. quod satis placet. non tamen per hoc reprobo practicam gloss. quòd non ferantur duæ sententiæ, ſi in prima fuit hoc dictum. Et ex prædictis † habes modum formandi libellum. Potest enim quis petere sibi rē restitui, & ſi non restituit, potest petere quadruplū per nouam petitionem, vel dicere in eodem libello: peto restitui rem: & ſi non restituas intra tempus quod datur iudicatis: peto te condemnari ad quadruplum. Et hoc † quod dicit glos. q̄ feruntur duæ sententiæ, habet locum in actionibus arbitrarijs, in quibus vertitur arbitrium iudicis, contra eum qui suæ sententiæ non paret: vt l. qui restituere. §. fin. j. de rei vendica. & vide quod ibi no. Secus ſi ex natura actionis, vt in bonę fidei iudicijs. Ratio patet, q̄ illud quod parit iudicis arbitrium, erat fundatum ante sententiam. Ideo istud arbitrium in sententia exercere potest: post sententiam non posset, cùm illud officium sit extinctum: vt l. iiij. C. depo. & tunc non daretur nisi vna sententia: vt l. j. in princ. j. de act. emp. & ibi not. & ibi tibi dixi. † Item quæro quando feruntur duæ sententiæ, vtrum vtraq; sit diffinitiua. Gl. disputat: finaliter videtur tenere q̄ vtraq; sit diffinitiua. Tu dicas quòd diffinitiua potest intelligi duobus modis. Vno modo q̄ diffinit controuersiam causę. l. j. j. de re iudi. tunc vtraq; est diffinitiua; qa vtraq; diffinit causam suā[f]. Secundo modo dicitur diffinitiua: quia debet dari libellus, & lis contestari, & similia: & secundū hoc puto secundam sententiam nō esse diffinitiuā[g]. Magis ēm est exceptio primæ, vt dicunt glo. Hoc enim venit arbitrio iudicis, quod habet super hac actione, sicut in actionibus vniuersalibus, in quibus vniuersaliter pronunciatur: postea in executione discutietur quæ res veniet. De quo in l. j. suprà, de eden. & in l. defensionis facultas. C. de iure fisci. Item quæro, an ab vtraque sententia[h] possit appellari. Et glossa videtur dicere q̄ à secunda non quasi sit executio primæ. & Inno. hoc tangit in c. fin. extra eodem. Et veritas est q̄ etiam à secunda potest appellari. nam ab executione facta non potest appellari: sed à pronunciatione de exequendo sic, vt l. executore. j. de appel. & l. ab executione. C. quorum appel. non recip. Præterea non est verum quòd si prima sit iusta & vera, q̄ secunda sit iusta: quia potuit esse quòd prima fuit iusta, & non secunda: vt j. ead. l. §. quatenus. versic. q̄ si homo. † Et prædicta faciunt ad quæst. vtrum à taxatione expensarum possit appellari: de quo in l. ab executore. j. de app. vbi de hoc plenè dixi. † Sed quæro si appellatur à sententia secunda pendente appellatione, vtrum possit restituendo euitare pœnam. [i] Resp. tenendo opin. quam suprà dixi. non potest nisi intra tempus quod datur iudicatis. Ideo si illud est elapsum, non potest euitare.

Aliquando. Ille ad quem commodum peruenit ex metu, non tenetur si rem non possidet. hoc dicit. Vel sic. Is ad quem res peruenit ex metu illato p alium, rei interitu liberatur. h. d. Op. extra gl. hęc actio datur q̄n metus est causa proxima, per quam res ad me peruenit: secus ſi est remota: vt l. metū. §. sed licet. ſ. e. sed hic ad emptorē[k] vel donatorem non peruenit

peruenit ex metu, tāq; ex causa proxima, sed ex causa donatōis & emptionis. ſol. peruenit hic ex metu, tanq; ex causa p̄xima ex parte dātis, licet non ex parte recipiētis: quia ex parte eius actus per ipsum factus est sponte. quare non est contra &c.

Pedius. Aliàs est lex, & venit ad probationem eorum quę §. dixerat, ſ. emptorem, & legatarium, & similes teneri hac actione: & in summa hoc intendit. Hac actione tenetur metum inferens, & is ad quem res peruenit ex metu. h. d.

1 ☞ Pacto fieri potest q̄ acceptilatio fideiussoris non prosit principali.
2 Acceptilatio non porrigitur ad reum, ſi hoc est actum.

Labeo ait. Rescisso principali, rescinditur accessorium: secus econuerso. h. d. Quæro qualiter liberatur fideiussor. Gl. dicit pacto, vel acceptilatione, hoc acto q̄ illa
1 acceptilatio principali nō prosit vide gl. & no. eā † Not. q̄ per pa
2 ctū pōt fieri q̄ acceptilatio fideiussoris non p̄sit principali. † Idē no. q̄ acceptilatio nō porrigitur ad reū, ſi hoc est actū. Idē no. in l. & per iusiurandum. §. & ſi fideiussori. j. de acceptilatio.

1 ☞ Si pœna uenit duplicanda pro delicto commisso in platea de nocte, & in festo, an quadruplicabitur duplum. remißiuè

Quadruplatur. Non eget summario. Facit ad q. aliquis † commisit delictum in platea de nocte in festo sancti Herculani: quæritur vtrum ex omnibus istis causis pœna duplicetur, vel quadruplicetur: & ſi duplicetur, vtrum duplicabitur simpliciter an ipsum duplatū vel quadruplatum. Et hic videtur casus q̄ quadruplicabitur ipsum duplatum, vel quadruplatū. quod apparet: quia dicit, cū fructibus & omni causa. q. d. habita cōsideratiōe omnis quātitatis debeat fieri duplatio, seu quadruplatio. Istud tamen non est verū. quod plenè examinaui in l. sanctio legum, in fi. j. de pœnis. Bartol.

1 ☞ Pactum quando est in obligatione ex legis dispositione, tunc quis præcisè cogitur ad factum.

Sed & ſi quis. In quadruplo ineſt simplum quod promittenti restituitur eum liberando. h. d. Vel sic: Condemnatus ad quadruplum, quia non liberat, triplū præstat & cogitur liberare. h. d. No. id quòd dicit, acceptilationē
1 omnino facere teneatur: quod † vbi factum est in obligatione, ex legis dispositione quis præcisè compellitur ad factū, vt hic. Secus ex dispositione hominis: quia tunc succederet obligatio ad interesse, & liberaret p̄stādo interesse: vt l. ſi quis ab alio. de re iu. Dixi in l. ſtipulationes non diuiduntur. j. de ver. obl.

1 ☞ Dictio, omnino, comprehendit omnem casum.
2 Periculum interitus, spectat ad metum inferentem.
3 Arbitrium iudicis quod durat re perempta.
4 In hac actione distinguitur an res erat eodem modo peritura penes actorem: & quomodo. nu. 7.
5 Condemnato ad speciem in actione reali datur tempus officio iudicis ad speciem siue ad rem, in actione personali datur tempus. l. in fideicommissi. infrà, de usur.
6 Si reus tempore cōdemnationis condemnatur in aliquo, ultra id quod uenit in prima sententia, pro illa habet nouam dilationem quæ datur iudicatis.
1 Re ex torta, metu perempta ante omnem sententiam potest agi ad ipsam rem, & etiā ad æstimationem.

e ¶De aduocato. No. q expectatur aduocatus, ſi non diu eſt abſuturus. Adde l. j. & ibi Bar. j. de vaca. 3 mu. Bar. no. in l. ſed ſi vnius. ſ. fi. j. de iniu rijs. & quod legi. & not. in c. quod ſuper his. de voto.

f ¶Si filius. vide Bal. in l. j. in iij. col. de bo. ma in ver. debes ſcire. Et dum glo. hic dicit de actione de dote, vide Imo. in l. iij. fol. ma. & in caſu huius ſ. filiꝰ. an debeat cauere de ratihabitiōe patris vide Bal. in l. ſi cūm dotem. ſ. ſi pater. ſolu. ma. vbi videtur tenere quod 1 no. Bar. in l. j. in ij. colum. C. de bo. mater.

g ¶Neceſsitatem. Nota ampliationem ad ſ. neceſsitatem. Iſta

putabas cōſilium eſt ipſtatim cedas liti: & euitabis condemnationē expenſarū, vt hic.

INſulæ Italiæ. ᵃNo. qd dicit cu iuſcp prouinciæ. Et ſic quælibet inſula, quæ eſt in prouincia eſt pars prouinciæ. ᵇEt per hoc ſemel Piſis dixi contra quoſdam Pyratas, qui derobabāt in mari & reducebant ſe in quadam inſula prope Piſas: quòd licet dicatur quòd mare eſt commune, & ſic ibi non poſſunt conueniri: tamen ego dico quòd illa inſula eſt pars illius cui adheret, vt hic.

SIà me. Irritatur ſi iudicium deuenit ad eū caſum à quo incipere non potuit. hoc dicit. Examinaui in l. pluribus. ſ. & ſi placeat. infrà de verborum obligatiōnis

VM prætor. ᵍQuod q buidam, p hibetur, cæteris videtur eſſe permiſſum. hoc dicit. de minoribus iſtis qualiter poſsint eſſe iudices, & qua ęta te, habes hic gloſ. nota. quam vide & ſigna.

☞ *Actiones deſcendentes ex quaſi delicto nō tranſeunt ad hæredes.*
Filiusfamiliás per imperitiam iudicans, tenetur quatenus eſt in peculio.
Cautela pro iudice ut in ſyndicatu doceat ſe filiumfamiliás.

SI filiusfamilias. Iudex. Si iudex per imperitiam malè iudicauit, condemnabitur inquantum religioni iudicantis videbitur: quod quantitatem peculij non excedit, ſi eſt filiusfamiliás. Sed ſi dolo malè iudicauit, condemnabitur in totum. quæ actio contra hęredem non tranſit. hoc dicit. cùm l. ſeq. ¹Nota ex hac l. Iulia quòd actiones deſcendentes ex quaſi delicto, nō tranſeunt ad hæredes: nam actio in factum qua tenetur iudex malè iudicās, eſt ex qua ſi delicto. Oppo. & videtur quòd filius teneatur in totum: vt j. quod cum eo. l. pen. & l. ſi quis cùm filio. & ſeq. de pecu. Solu. Dicunt quidam q hic filius tenetur inſolidū: pater de peculio. Alij dicunt † q tenetur filius de peculio. & iſtam tenui ᵏ ponendo caſum. Nam cùm hæc actio detur inquantū iudicantis æquitati, videtur, vt devar. & extraordi. cogni. l. fi. & inſtitu. de obli. quæ ex quaſi delic. in prin. non debet videri æquū iudici vt puniatur in plus quam habeat in peculio: quando per imperitiam malè iudicat. Secus ſi dolo, vt in ſecūdo reſpon. † vñ poſſet eſſe cautela iudici filiofamilias vt tēpore ſyndicatus quando ſunt contra eum graues petitiones, doceat ſe filiumfamilias & ſic vltra peculium nō tenetur. tene mēti.

IVlianus. Si iudex ſuccedit vni ex litigatoribus in aliquo, deſinit eſſe iudex. hoc dicit. Item videtur hic tex. cū glo. quòd ſi tres habeant rem communem, & inter duos iſtorum ratione dictæ rei moueatur queſtio: qui habet rem communem cum eis, in hac cauſa non poteſt eſſe iudex.

☞ *Patri non datur dilatio propter abſentiam diuturnam aduocati: ſed alium debet inuenire.*

SIlongius. In iudicijs iudex non eſt diutius expectandus, ſed alius loco eius ſumē

dus. hoc dicit. Simile j. devaca. & excu. mu. l. pe. in fine. Idem dico de aduocato: ᵉNam † quando aduocatus ſe abſentat vel impeditur, ſi impedimentū eſt breue, debet pati dari dilatio, vt expectetur aduocatus: vt ſ. ex quibus cauſis maio. l. ait prætor. in fin. & ibi no. Sed ſi dilatio eſſet longa, non deberet ſibi dari, ſed inueniat aduocatū, vt hic.

1 ☞ *Malefica non debent remanere impunita.*
2 *Nec expectatur ad agendum contra malefactorem ut fugere poſsit.* h
3 *Filius quando poſsit agere ſine conſenſu patris.*
Pater cogitur conſentire filio pignoribus captis.
4 *Conſenſus patris generaliter ſufficit filio, ut in omnibus agere poſsit.*
5 *Filio familiari minori in caſibus huius l. dabitur curator liti.*
6 *Monacho exiſtenti in ſtudio an uideatur permiſſum ut agere poſsit. remiſsiue.* h

f Si filius. ᶠPropter abſentiā patris per mittitur filio agere, vbi aliás non poſſet abſque eius conſenſu. hoc dicit.
1 † Nota tex. quod maleficia non debent remanere impunita: & propter hoc admittitur ad agendum, qui aliás non admitteretur. facit l. ita vulneratus. ad l. Aquil. † Seçū dò nota q non debet expectari tantùm q malefactor poſsit fugere. ibi: ne ſe ſubtrahat is qui noxam, &c. facit l. ait prætor. ſ. ſi i debitorem. j. de his quæ in frau. cre. Dicitur hic q filius agit vtili iudicio. Cōtra, imò directa: vt l. filiusfamil. in factum. j. de actio. & obli. Solu. Debes ſcire quòd de iure antiquo omnes actiones quærebantur patri p filium, ſex caſibus exceptis qui ponuntur in d. l. filius. & in l. in factum. Vnde in illis ſex caſibus filius intentabat directam actio k nem quā habet iure ſuo. Et in hoc erit ſpeciale hic, q licet aliās patri competeret exercitium actionis, non filio, hoc caſu filius poterit exercere. In alijs verò, in quibus patri quærebatur actio, filius intentabat vtilē k actionem, vt hic: cùm directa ſit patris: hodie verò † omnes actiones ex cauſa aduentitia competunt ipſi filio, licet ſit patris exercitium, ſi eſt legitimus adminiſtrator: vel ſi non eſt, quia reſpicit vſumfructum, non poteſt agere filius ſine conſenſu patris: vt l. cùm non ſolùm in maternis rebus. ſ. neg ceſsitatem. ᵍde bonis quę libe. Et iſto caſu erit introductum per hanc l. vt vbi pater non poteſt reperiri, poſsit agere filius ſine cō ſenſu patris, & eodem modo conueniri. quod tene menti, maximè propter glo. quæ eſt in d. ſ. neceſsitatem. quæ dicit q ſi pater non vult conſentire, debet cogi pignoribus captis: & mulcta indicta. Certè ſi illa coactio nō ſufficeret, procederet abſq eius cō ſenſu, vt hic. † Quæro vtrum pater poſsit permittere filio generaliter, vt in omnibus dictis cauſis agat: Glo. tenet hic quòd ſic: quam tene menti. Allegat de procu. l. filius. ſ. ipſe quoq. quę ſic facit. Nam ſicut filius poteſt eſſe procurator: extranei: multo magis poteſt agere cauſam ſuam voluntate patris. † Quid ſi filiuſfami. eſt minor? Reſpon. in caſibus in hac l. poſitis dabitur curator liti, non perſonæ. Allegat glo. l. clarum. de autho. preſtan. facit melius l. fi. ſ. ſinautem patre. de bonis quæ libe. † Quęrit glo. quid de monacho, ʰqui eſt in ſtudio. Dicit glo. quòd videtur per miſſiſſe quòd agat. Dic vt in ea.

1 ☞ *Clericus ſuccedens laico declinat forum laici.*
Clericus exemptus non poteſt allegare priuilegium, quòd non poſſit ſub epiſcopo conueniri.

i AEres abſens. ⁱHæres ſequitur forum defuncti: nec poteſt proprium priuilegium allegare. hoc dicit. Opponitur, ſuprà eodem. l. ſecunda. ſ. legatis. ſol. quod hic dicit, nullo prio priuilegio: intellige in corpore iuris non inſerto: vt ibi. vide gl. & no. † Ex hoc ergo habes ᵏ q ſi vnus clericus ſuccedat laico, q poteſt

limita, niſi pater abſens dimiſiſſet procuratorem l. filius. ſ. j. ſ. de procura. l. ſed ſi vnius. ſ. fi. de innu. & hæc quę dixi in l. ſed & hæ. ſ. de procu. ad de q filiuſta. in criminalibus cùm conueniatur poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, vt voluit Bal. conſi. lxxxiij. & Pe. de Anch. conſi. cliij.
¶De monacho. Vide Bal. in auē. cauſa quæ fit. de epiſco. & cle. & in auē. habita. in xij. col. & Spec. de act. ſ. j. verſi. quid ſi.
ſ POMATES.
¶De monacho. Adde gloſ. c. cùm paſtoris. vbi Archi. diſtin. clxvij. Ioan. Andre. c. ij. ne cleri. vel mona. plenius per Abb. c. quanto. in vltima colum. de offi. ordi.
¶Hæres abſens. Et hanc l. in prin. intelli ge ſecundùm notab. per Bar. in l. ſi fideicommiſ. in prin j. eo.
ſ POMATES.
¶Hæres abſens. Circa materiam huius l. in quibus caſibus fortiatur forum, vide latè Mari. Soci. in rub. de foro compe. vbi ponit ſex caſus, in quib⁹ quis fortiatur forū. & videvnū verbū Ro. conſi. ccc.
¶Ex hoc ergo habes. Adde Bar. in authen. qua in prouincia. vbi de crimi. agi oportet. & in l. ij. ſ. legatis. ſuprà eodē.
ſ POMATES.
¶Ergo habes. refert & ſegitur Abb. c. qa V. verſi. vide tamen ad hoc. in vltima columna. de iudicijs.

ſ POMATES.
a ¶Si quis tutelā. Ad iſtum ſ. vide aliqua quæ apponit Bar. in l. ſi quis in conſcribē do. j. col. j. de pact.
b ¶Quæritur. Item vi ta iſta vide ad limi rationem dicti c. Ro mana. ſ. contrahentes. videlicet niſi iuraſſet & promiſiſſet iſtere i iudicio. tex. eſt no. in auē. de exhi bē reis. ſ. ſi verò etiā quidam iurant. Tu adde quæ dixi in l. j. ſ. ſi quis cautio. poſt Bar. Itē limita in caſu l. ij. C. vbi de cri. agi oportet. & in caſu l. ij. C. vbi quis de curio vel cohort. Itē fallit ratione admini ſtrationis reddendæ. l. j. C. vbi de rō. &c. a Item in cauſa ſtatus per l. j. C. vbi cauſa ſtatus. per quam legem dicit Ang. q̄ iu dex remittens ſemp debet adhibere cauſæ cognitionem. Et idem dicas in ciuili eo caſu quo fit remiſſio, vt adhibeat cauſæ cognitio in illo, quod eſt cauſa remiſſionis. Ad hoc quod idē dicit de delictis, b Pe. de Anc. in c. dilecto. de ſenten. excō. in vj. per l. ſi colont. de agri. & cen. lib. x. & l. de iure. ff. ad muniſci. xxij. q. v. admiſtratores. Lapus in ſua qō. xciij. Vide in criminalibus Bar. in l. is cui. ſ. fi. ff. de accuſa. & ibi per Angel.
ſ POMATES.
b ¶Quærit. vid Imo. cōſil. xxxv. in ij. col.
c ¶Locus remiſſioni. An in contractibus fiat remiſſio. Bal. in l. cōſentaneū. in vij. no. quomodo & qñ iudex. hoc limitat, niſi his ſit inchoata cōtra præſentem. Et vi de quod no. Bar. in l. à diuo Pio. ſ. ſententia. de re iudic. & no. d dicit Bal. in l. omnis. ſ. j. de epiſ. & cle. qđ poteſt fieri verbo.
d ¶Vt no. in l. j. Quod e ſequitur ibi Bald. & Azo in ſumma de iuriſdi. om. iudi. & firmat Archi. xj. q. j. c. j. & Inno. in c. dilecti. & in c. poſtulaſti. de foro compe. & opi. Bar. hic dicit cōmunē do. Maria. Soci. in d. c. dilecti. ar. in. pri.
e ¶In duobus caſib⁹. Mo. hic in iſtis duobus caſibus tenēt cō trarium: quia contra d. ſ. contrahentes. Et hanc materiā, & totam materiā huius ſ. 2 vide per do. Anto. in c. fin. de foro compe. Item limita d. ſ. contrahentes. non habere locum in ratiocinijs: quia in his fit re miſſio. l. j. et ij. C. vbi de ratio. &c. & But.

ergo q dicta & contractus æquiparantur, ſcilicet in his, quibus eſt eadē ratio: ſed in remiſsione non eſt eadem ratio: ergo &c.
3 † Quæro quid ſi ibi in loco contractus nō habet bona: retenta illa opinione q ſit locus huic remiſsioni. quid fiet? Rñ. gl. q iudex pronunciabit de mittendo in poſſeſsionē, & reſcribet iudici illius loci, in quo habet bona, & ille mittet in poſſeſsionē: vt C. de iudi. l. properandum. ſ. ſinautē reus. de bo. autho. iud. poſſ. l. cū vnus. in fi. & j. eo. l. argētariū. in fi. & l. à diuo. ſ. ſi ſuper rebus. j. de re iu. Quidā tñ dixerunt q illæ leges loquuntur in executione iudicati: non qñ fit miſsio ex interlocutoria. quæ opi. repro batur per gl. in d. l. cū vnus. alle. j. eod. l. ſed & ſi ſuſceperit. ſ. fi. & eſt expreſſum in d. c. Romana. ſ. contrahentes. de fo. cōp. lib. vj.

1 ☞ *Contrahens in alio loco quàm in loco domicilij quando poſsit ibi conueniri.*
2 *Aduena conuentus in loco non tenetur ſatisfacere de iudicio ſiſti in loco ſui domicilij.*
3 *Venientes ad nundinas poſſunt ibi conueniri.*
4 *Vagabundi poſſunt ubique conueniri.*
5 *Quibus modis quis forum ſortitur.*
Ratione ordinis clericatus quis fortiꝰ epiſcopi loci ſortitur.
6 *Forenſis præbendatus, uel abbas in loco an dicatur ciuis illius loci. remiſsiue.*
Scholaris ratione ſtudij ſortitur forum in loco, ut ſi ibi cōtrahat, poſsit conueniri.

f Proinde ſi merces. ᶠSuprà dixit quā do quis ſortitur forum ratione quaſi contractus: nūc quādo ratione veri cōtractus. In gloſſ. vel pro. & hæc gloſſ. additio eſt, & mala, & nullius vtilitatis. Oppo. ad principium huius ſ. de ſ. ſequent. Solutio. principium determinatur per ſequentia. Pro † cu
1 ius declarationē ᵍdic: Quandoq quis contrahit in loco domicilij: & non eſt dubium quod ibi poteſt conueniri, ſic poteſt intelligi princ. huius ſ. & bene. Aut in alio loco: tunc aut erat inde ſtatim receſſurus: & nō poteſt ibi conueniri. Aut non erat ſtatim receſſurus: & poteſt ibi cōueniri, vt in ver. at ſi quis. Et prædicta vera, ʰquando contrahens ſciebat eum de proximo receſſurum. Secus ſi de proximo receſſurū ignorabat, vt hic, in ſecundo reſponſo, i & in gl. hic poſita. Si verò dubitatur vtrum ſciuerit vel ignorauerit, diſtingue ᵏ: aut habebat ibi tabernam vel officinam: & præſumitur quòd inde receſſurus non erat ſed ſi tabernam non habebat ſed ibi erat tan f quam aduena: tunc ſecus, vt hic ex tex. eui denter colligitur. Opponi. dicitur hic in princi. niſi conuenit vt in alio loco ſi ſe defenderet. Contrà, talis conuentio non valet: vt l. ſi conuenerit. ſ. de iuriſdi. omnium g iudi. Solu. dicit gl. intellige iſta verba abnegatiuè: hoc eſt, niſi conuenerit, vt ibi nō teh neatur reſpondere: & ſic conuenti per quā declinatur forū, valet: nō autem cōuentio, per quā forū conſtituit. Opp. legatus & q libet alius ratione contractus celebrati in loco pōt cōueniri: vt l. ij. ſ. omnes. ſ. e. ergo multò magis iſti aduenæ, qui in nullo ſunt i priuilegiati. Dicunt quidam huius timore, fateor quòd illo tempore cōtractus ibi poteſt conueniri, ſecus ſi inde recederet, & k poſtea reuerteretur: tunc habet locum diſtinctio huius legis. Alij dicūt totū cōtra, quòd ſi poſtea reperiatur ibi, pōt ibi cōue

hic. vide de hac materia no. per Bal. in l. cū archimedorā. C. vt in poſ. Je. & Paul. de Caſt. in l. j. ſi quis ius dicē. nō obtē. & ibi etiā p Roma. & in materia. ſ. ſi quis tutelā. Nota queſtio nē: duo Florētini cōtrahūt ſponſ: & iurāt ſeruare cōtractū, tādem vnus eorū vult petere abſolutionē à iuramento coram epiſcopo ſenēſi, alio abſente, an poſsit videtur q nō, ſtante obl. vera q ad abſolutionē iuramenti re quiritur partis citatio: mō tu ſcis q in alieno territorio nō pōt quis conueniri, niſi ipſe tibi reperiatur, vel niſi ibi ipſe habeat bona. d. c. Romana. & vidimus ſ noſtro ſ. fi. ergo requiritur citatio, & duci nō poteſt: ergo ſequitur q non poteſt fieri abſolutio. Præterea, tunc poteſt quis in loco actus cōueniri, cū agitur de eius obligatione: ſed qñ agit de eius diſſolutione, nō iure cauet. Et de hoc videtur caſus, et ibi Bar. in l. ij. C. vbi & apud quē. vbi ad cōtractus diſſolutionem actor ſe quitur forū rei. contrarium eſt verū: q̄ etiam quo ad diſſolutionem cōtractus in loco cōtractus q̄ fortitur forū. Et ad hec allegatur tex vnicus in iure in l. in cōtractibus. ſ. in oī & ibi Bar. C. de non nu. pe. Hanc q. ponit Lapus in allegatione x. ſed non allegat hunc caſum, quē refert do. Anto. in cap. poſtulaſti. de ſo. cō. vbi dicit eſſe caſum qui in veritate non pbat. q not. & vide qđ dixi j. ca. l. in fin. poſt Bar.

ſ POMATES.
¶Proinde ſi merces. Limita vt per Cre. fin. cxxij. per gloſ. l. vſuras. C. đ ſolutio.

ſ POMATES.
¶Pro cuius declaratione. vide Barb. cō ſi. lij. in iij. col. ij. vol.
¶Et prædicta vera. Adde ad hoc dicta Bar. & vide quæ latè ponit do. Maria. Soc. in d. c. dilectus. artic. ij. queſtio. x. extra de foro compet.
¶Secundò reſponſo, limita vt per Auge. in l. j. ā. ſi quis in ius vo. non ierit.
¶Diſtingue, vide Bald. in rubri. C. quæ in frau. credi. in j. col.

Ibi Dominus Sompedro in intelligentia & Restrep. consulendo dit Barnal Diaz delup. in Regal. 642 inapienti Remyso qūe videat cum acuy reuis

a ☞Ista duo verba tunc nō. quanuis in omnibus codicibus habeantur, iudicio tamen meo sunt superflua: vt percipies si mentem Bar. perspexeris. Alex. l. o.

b ¶Quid ergo dicemus? Et adde q licet iurisdictio alicuius iudicis sit prorogata ex eo qui a contractum sit in illo loco si conueniatur alibi ex contractu nō poterit forum declinare si alia ratione ibi fortiatur domicilium. ita dicit Ang. quod probat singulariter glo. ibi in l. fideicōmiss. §. tractatū. in ver. hic puto. ibi vel dic q si conuenitur Romæ &c. J. e. & satis sentit gloss. hic in ybo, debebit. in prī. sui. quod no. Itē aliū casum singularē secūdū Bar. & qđ ibi dixi in l. ij. C. de iurisdictione omni iudicū.

c ¶Ad nundinas. vel faciens ibi per gulā vel tabernam an possit cōuenīri. Et dic q sic licet glo. cōtra. vide Bal. in l. j. C. de nūdi. No. tamen q licet aliquis nō possit cōueniri, potest tamen cogi satisdare de stādo iurī in loco domicilij. Itē possunt res sequestrari secundū Bal. in l. fin. C. vbi in rē actio. & no. q vbi de alio foro non apparet quis fortiē ibi forum in loco vbi inuenitur. in l. si in possessione. & ibi Bal. C. vbi causa status.

d ¶Vagari per mūdū. No. qualiter vagabūdus possit vbiq; suspēdi & qualiter possit citari, vide Inno. i c. si aduersari⁹. de eo qui mit. in pos. Et vide Ioan. An. & doc. in d. c. dilectus. el ij. de rescrip. Limita vt per Bal. in l. j. C. vbi de crī. agi opor. nisi vellet satisdare de stādo iurī in loco domicilij proprij.

ADDE Ioan. And. in addi. ad Spec. in titu. de compen. iudic. §. j. ver. sed quid si debitor. vbi refert Pile. & Odof. disputasset de eo qui fugit cū monacha.

e ¶Enumerat. Adde alios modos p Spe. de compen. iudi. adi. §. j. aliū per assiduā cōuersationem in loco per decem annos licet interpellatam secundum Cy. in l. j. C. vbi sen. vel cla. & q no. Bal. in l. sed & si susceperit. §. fi. in fina 3 libus verbis. j. eo. Itē c adde dum glos. dicit hic ratione communis patriæ. l. Rom. ad municipales. quod hodie communis patria est imperialis secundum do. Anto. in c. fi. de fo. compe. sed 4 do. Ioan. ibi tenet q d hodie communis patria sit Roma. Et adde casum q per constitutum quis non fortiatur forum in loco cōstituti: prout videtur velle Bal. in rub. de consti. pecu. in fi. in j. colū. Item no. q quando fideiussor capitur pro debitore, potest coram iudice alitet incompetenti conuenire reum, secundum Bal. no. in l. cum eorum. C. de senten. Et an propter maiorem partem fortunarum quis fortiatur forū, vide Nico. de Neap. in l. cum res. in princip. de lega. j.

f ¶Clericatus. Sed quid si clericus minor contrahit cum laico in suis patrimonialibus: & vult petere restitutionem in integ. debet eam petere coram iudice ecclesiastico, secundùm quod no. dicit Anto. de Butri. in c. constitutus. de resti. in integrum. Bene facit quod dixi suprà eodem. l. post Barto. quod est notan.

g ¶Studij scholastici. Tu vide Bar. in trac. repręsaliarum. in v. q. prin. & ibi etiā quid de stipendiarijs & alijs. quod no. in l. lex. Corne. j. de inīur. & no. Bar. in l. ij. C. vbi de crimi. agi opor. secus in doctore l. municeps. per Bar. ad municī.

h ☞POMATES. Domicilium. Vide Cre. singu. lxxv. Roma. singu. ccxlij. Abb in c. quod clerici. j. col. de foro compe. & ibi Are. ij. col. ¶Contractus Nota q ratione cōtractus celebrati per procuratorem generaliter cōstituti potest pro curator in loco contractus cōueniri. Ita hoc probatur in tex. quem forte non habes alibi. & vid Bar. in l. non solū. §. si mādato. de iniurijs. per Guli. de Cng. in l. cētum capuæ. j. de eo quod certo loco.

i ¶Si debitori. Vide intellectum huius l. per Bar. in l. inter omnes. ff. qui satisda. cogan. Et an ista lex locum habeat in arbitro et delegato: dic q non: quia ad hoc vt arbiter possit facere præceptum, requiritur huius cōtesta tio. Ita no. Bald. in l. eos. C. de exec. rei iudic. Pro quo facit quod habetur in ca. vno de delegatorum de offi. deleg. vbi papa arguit de iudice delegato ad arbitrū. Itē an ille terminus decem dierum, quo datur confessis, habeat locum in arbitro: dic quòd non, secundùm Bal. in l. eos. Idem dicas in termino, q datur iudicatis ad soluēdum: per l. si cum dies. §. intra autem quantum. iuncta gl. ibi. ff. de arbi. Itē an ista lex habeat locū in committente furtum vel rapinam & confitente. Bal. quòd non, in l. fi. in j. colū. de exec. rei iudi. & ibi etiam quærit, an hæc lex habeat locū i arbitratore. Et hāc legem limita in casu l. si reus paratus. de procuratoribus. de q ibi vide Bal. in fi. col. Et dicit Angel. hic q talis sententia, quæ emanat à sponte confitēte, potest ferri die feriato, & iudice nō sedente tribunali: vt l. à procedente. C. de dilati. cum ibi no. & q potuit talis interlocutoria reuocari cōtrario imperio antequā sit missa executioni, per id quod habetur in l. j. in fi. de præto. stipu. & ab interlocutoria appellabitur. de quo gl. hic. & in l. fi. §. necessitatem. de bonis quæ li

a ☞POMATES. ¶Quia dilatio. vide Roma. consi. cccxxiij.

☞POMATES. ¶Quod si debitor intra tempus, quod datur iudicatis, non satisdat, potest carcerari.

b ¶Quatuor mensium. Et ita etiam hic tenet Barto. in confesso. & vide Barto. in l. fina. colum. j. de execu. rei iudi.

c ¶Non potest videri. ad intellectum huius l. vide Ias. insti. de actio. in j. & in vlti. col. & §. si minus. in vlti. col. eo. tit. & ibi plenè per Jaco. Fab. & per docto. l. edita. C. de eden.

d ¶Quæro exemplū. Et in materia huius legis vide Bart. in l. & an eandē. §. actiones. ff. de exce. rei iu. & l. edita. C. de edē. Et de hoc vide oīno Inno. in qui. facti, in l. si filius qui patri. in ij. col. de vulg. & pu. & omnes not. in l. si quis iussus. §. fina. de dam. infec. & quod dixi in d. l. si rē. §. fin.

e ¶Aeque principale. vide insti. de actione in principi.

f ¶Ex parte agentis. sed qd i reo cui post lit. contes. superuenit ius excipiendi: an p fite reo. vide Barto. in l. j. j. de exceptī.

g ¶Quæsitum. Intelige tamen vt per Inn. in c. conquerente. de officio ordina.

h ¶Causa de præteri. to. adde Bart. multū notabiliter. in l. si Titius. de ver. obli. vbi dicit q non requirit istos casu nou⁹ libell⁹.

i ¶L. si rem. §. fi. intelige quando nulla cā esset expressa: quia illa debet probari p c. Abbate sane. de re iudi. in vj Item forte esset verum, si libellus habeat formam aptā: secus si ineptā, vt quia ex eo nō cōcluditur ius agendi competere, vt quia petitur debitū obligationis quę erat cōditionalis. no glo. in l. ij. C. de formulis. Et istis adde Bal. in d. l. j. C. de ali. & mu. cau. & ibi quid econtra: & pulchrè Bal. i l. per diuersa. in xiij. q. C. mand. & etiā in viij. & viij. q. & quæ dixi post Bar. in d. l. si rem. §. finali. & per Ang. in rep. l. si quis vi. §. differētia. de acqui posse. in vj. col.

k ¶Actio. pposita. vide per Bar. in l. & an eandem. §. actiones. de exceptio. rei iudi. Pone quòd expressi vnam causam, tamē illam expressi generaliter, vt ago cōtra te, dicens quòd res pertinet ad me ex cā emptionis: vel ago actione ex mutuo, non dico quando vel qualiter factum sit: superuenit actio vel contractus mutui pendente iudicio, an isto iudicio concludatur: ipsi determinant quòd non. Ratio est: tu scis quòd quælibet actio habet vnam causam proximam & vnam remotam: vt l. cùm de hoc. j. eo. & hic glo. nota. in reali est causa proxima, dominium: in personali est causa proxima, obligatio: causa remota contractus est traditio: quando ex primo causam proximam generaliter, vt dico ad me pertinere iure dominij: vel dico te obligatum ad hoc: & tūc ius superueniens pendente iudicio in isto iudicio clauditur. sed quando propono libellum generaliter ex causa remota. vt ex causa emptionis, ex causa mutui: tunc superueniens ius in illo iudicio non clauditur. Et ratio est: quia causa remota de necessitate præsupponit locum & tempus: quia si dico, emptio: oportet qđ fit facta certo tempore & loco: & traditio non tempore: & loco: & traditio non potest esse qđ non sit facta loco & tempore: vnde cùm dicis, ex causa emptionis: intellige de certa emptiōe facta certo loco & tempore. sed quando ponis causam proximam vt dominiū: vel dico re obligatum ad decem: tunc obligatio vel dominiū non clauditur tēpore contractus: sic ius superueniens illo iudicio clauditur: Sed quid si expressi causam remotam venditionis & donationis, et probaui, non tamen probaui de tempore & sic nō apparet an ante lit. contest. vel post fuerit facta. Respon. reus absoluetur arg. eius quod no. de neg. gest. l. eum actū in fi. per glos. & de oper. no. nun. l. non solum. §. sed vt probaui. & Ioan. And. hoc tenet i c. abbas. quod est not. de his quæ vi, metus ve causa.

¶Non aliàs. vide Specula. de compe. iudi. ad §. j. vers. quid si quis per meum locum transiens. & Ange. in l. si fideiussor. qui satisd.

☞Pro concordia. Aduerte q in eo quod dicit Bart. in hac l. de eo autem. quod quasi contrahere cū creditoribus hæreditarijs, vt possit eis obligari ex quasi contractu sicut obligatur legatarijs, non dicitur hæres adeundo hæreditatem, contrarium tamen remisse alleg. in l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. si tamen bene inspiciatur bar to non venit arguendus de contrarietate: nam in hac l. de eo, allegatur casus specialis in legato, vt non conueniatur tēpore legationis ratione additionis, & sic fortiatur forum ratione quasi contractus qui initur cum in certa persona: prout fit adeundo. imò initur ibi quod obligetur: sed illo tempore non possit conueniri, &c. in contrario loquitur regulariter. & ista regula secundùm Anto. & doct. dicit communis. & communiter ita tenetur per l. more. ff. de ac. hære.

m ¶L. omnem. vide per do. Anto. in c. fi. de foro comp.

m ☞POMATES. ¶L. omnē. vide Ias. l. cùm res. x. colum. 8 lega. j. & cōtrarium tenet Barto. in rubri. C. qui admit. viij. q. & ita etiam videtur velle Bar. l. apud Iulia. §. fin. ex quibus causis in poss. ea.

n ¶Possit sustineri, sed Bar. vī velle cōtrariū i l. apud Iul. §. j. q. ex cau. in poss. ea. & vid Bar i l. q loco certo. j. de cō. ide. Dic vt dixi post Bar. i l. apud Iu. §. j.

---

a níri: tunc non⁹ quia erat de proximo recessurus. glo. tamen indistinctè dicit q iste aduena ibi non potest conueníri. Non obstat quod dicit de legato: quia ibi poterat cōueníri de iure communi ratione cōmunis patriæ: & si non haberet ibi legatus forum verum, vel non ratione communis patriæ: posito q in loco legationis cōtraheretur, non posset ibi ita simpliciter conueníri: sed haberet locum distinctio, aut erat recessurus de proximo, aut non &c. meritò conueniretur ratione contractus nō obstante priuilegio.

Aduena autem ibi de iure cōmuni non poterat cōueníri: vide statim glo. superverbo, quotquot. iste finis est additio, & mala. Cō tradicit enim præcedēti glo. Nam quod dicit de legato est opi. cuius timore sunt præcedentes opinio. in glo. vt s. recitaui. Quid ergo dicemus, b si ego emi ab aduena & peregríno roncinū & dedi sibi denarios: ipse non vult dare mihi roncinum: nonne poterit hic conueníri? Certè illa glos. secundùm additionē positam in ea videtur velle q sic: sicuti in legato. Tu dicas quod quædā sunt expedienda tempore cōtractus, vt traditio equi: vt puta, si dedi tibi pecuniam credens me recepturum rem statim: tūc si non das, videris delinquere, & me decipere: vt l. iij. de pig. actio. Vnde non solùm ratione contractus, sed rōne delicti admisi in ipso contractu potes conueníri. Sed si qua essent ex pedienda alia: vt puta dedi tibi pecuniā habita fide de re: vel dedi rē habita fide de pecunia: vel volo te conuenire re euicta: tunc habet locū distinctio huius §. Et q hoc sit verum, probatur in eo qui promisit cētum soluere Ephesi: vbi non erat, nec per gulā fecerat, & similia: & tamen ibi potest cōueníri: vt j. ea. l. in fi. & l. contraxisse. j. de actio. & obli. vnde pro eo quod videtur actum, quod in dicto loco expediatur: tūc poterit ibi conueníri, vt dixi. † Quæro vtrum adue na saltē debeat caucre de iudicio sisti in loco sui domicilij? Glo. dicit hic q sic: vt s. eo. l. ij. §. sed & si dubitetur. Sed hoc non est verum: quia ibi loquitur in eo qui cōuenitur in loco vbi aliàs fortitur forum de iure cōmuni, licet priuilegio excuset. Secus si de iure communi ibi non posset conueníri, vt ibi nota, & ita est in casu nostro. vnde hæc glo. cōtradicit illi. † Quæro, quid de his, qui veniunt ad nundinas, c & ibi cōstituunt per regulas vel tabernas? Dicit glo. q tunc nō poterit conueníri ratione nundinarū: vt C. de nund. in l. j. Tu dic q poterit conueníri, vt hic: & illa debet intelligi de impetrantibus rescriptum, vt non cōueniantur venientes ad nūdinas ex alia causa. Quæro. † qđ si debitor cœpit vagari per mundum, d nec q in aliquo loco certo se figit? Dicit gloss. iste est vagabundus, qui poterit vbiq; conueníri. Idem no. in l. j. C. vbi de crī. agi oportet. i & j. de dam. infec. l. iiij. §. prætor. in gl. parua. & j. ad muni. l. eius. in fi. Per hanc glo. multi ribaldi suspenduntur in ciuitatibus & castris, cum non habeant alicubi forum. Vltimò quærit gloss. † quibus modis quis fortiē forum, quos glo. enumerat: e vide eam, & signa. In eo quod glo. dicit q quis forum fortitur ratione ordinis clericatus: f intellige forum episcopi illius loci vbi aliàs fortitur forum ratiōe domicilij, vel originis, vel aliàs.

6 Sed quæro, † vtrum forensis præbendatus hic, vel qui efficeret Abbas in ciuitate ista, vtrum dicatur ciuis istius ciuitatis: dixi plenè in l. j. j. ad muni. Item in eo quod dicit ratione studij scholastici, g videtur contradicere alteri glossæ positæ in hac eadem lege super verbo, domicilium. h dicas q ratione studij scholasticus fortitur forum: vt si ibi contrahat, ibi posset cōueníri, vt in hac glo. Non autem q pro contractibus vel obligationibus antea factis conueníri possit, vt in alia glo. super verbo, domicilium.

Apud labeonem. Ratiōe cōtractus i celebrati per alium quis fortitur forum.

Illud. In loco domicilij, & in loco vbi est facienda solutio, quis potest conueníri. hoc dicit.

Omnem. In loco contractę obligatiōis regulariter quis potest conueníri. hoc dicit.

☞Cōfesso fit præceptū de soluēdo in termino decē dierū. *Debitor, qui habet terminum quatuor mensium, uel decem dierum, debet cauere de soluendo in termino: aliàs potest carcerari, nisi cedat bonis.*

Si debitori. k In cōfessum non est ferenda sententia: sed danda est ei dilatio ad soluendū. hoc dicit. Opde eo quod quotidie obseruatur. Nam confessis datur spatium decem dierum. Glo. dicit, fateor q hoc fit per hanc l. hodie ista gl. videtur sibi contradicere in eo quod tēpus de quo hic loquitur, est quatuor mensium. Et postea subdit q per istam l. statuitur tēpus decem dierum. Dicebat do. Iaco. But. q quando libellus est datus, tunc confessio habet vim lit. contesta. & potest ferri sententia: & tunc habebit spatiū qđ datur iudicatis. Ita loquitur. Ita sentit glo. in princi. l. ibivel in actionem edere, subaudi, & edam. Si verò libellus non est datus: tunc fit præceptū in confessum: & datur spatium decem dierum, vt hic in fi. glo. & ita pōt intelligi hæc lec. † Tu dicas clarius, q facere præceptū in cōfessum, & statuere sibi diē ad soluendū, est inductum per hāc l. in fi. Sed quę sit illa dies, de iure est tēpus quatuor mensiū: sicut datur iudicatis: hodie per consuetudinem est limitatum ad decem dies. Ita vult dicere glo. † Vltimò no. q ad hoc vt cōdemnatus habeat dilationem quatuor mensiū, vel cōfessus decem dierum dilationem, habet ne cesse satisdare de soluenda illa quātitate in tēpore statuto, vt hic in tex. cōpetenti cautela, &c. Sed tunc opponitur, nemo conuē tus suo nomine cogitur satisdare iudicatū solui: vt insti. de satisd. §. sed hodie. Sol. verū est in pendēte iudicio: sufficit enim cautio de iudicio sisti quā præstat, vt ibi patet: sed post latam sententiam debet cauere iudicatum solui, vt hic. Ratio: quia cautela de iudicio sisti lata sententia perimitur: vt l. Greę. §. & post litem. j. de fideiuss. Pro hoc quia dilatio[a] quę datur iudicatis, datur miseratio nis gratia: vt l. si cum militi. §. j. j. de compē. ergo interim debet satisdare: vt l. vniuersa. C. de preci. impe. offe. Esset enim iniquum si pendēte illa dilatione debitor aufugeret, & res suas forsitan exportaret: vt s. eo. l. si lō gius. §. j. Et sic nota q intra illud tēpus quatuor mensium[b] posset debitor capi & incarcerari, nisi caueat, vt hic: vel bonis cedat, vt hic, & l. j. C. qui bonis cede. pos. Bar.

Vi non cogitur. Qui agit, cogitur se defendere. hoc dicit.

☞*Cautela quando agitur ex contractu, ut probetur contractum esse factum ante iudicium*

Si post lit. conte. accidit aliquid, quod est accessorium ad primum iudicium, quando debeat in primo iudicio cognosci.

On potest videri. Qđ post lit. conte. accidit non accessorium ad primū in dicto iudicio non venit: sed noua instātia opus est. hoc dicit. vide super hoc domi. Ioan. And. in c. Abbate sanè. extra de re iudi. lib. vj. No. istum tex. ex quo † sis cautus q articuli tui concludant cōtractum, super quo agitur, factum esse ante cœptum iudicium: aliàs succūberes. Ita no. per Ioan. And. in d. c. Abbate sanè. extra, de re iudi. lib. vj. Quæro exemplum[d] huius l. Glo. ponit primò quando petitur aliquid futurum. Sed hoc nō est proprium exemplum hic: sed in l. non quemadmodum. j. eod. Pone ergo q petebam cētum mutuata, vel aliquid aliud vt de præsenti, & incipit deberi post lit. cōtest. Oppo. de l. ædiles. §. item sciendum. j. de ædil. edic. & C. de iudi. l. j. Sol. ibi loquitur de his quæ sunt accessoria de petita: hic de his quæ sunt principalia per se. Oppon. de l. quæsitum. j. de pecul. Et breuiter † pro solutione eorum quę hic ponuntur in glo. dic aut post li. conte. accidit aliquid quod est accessorium ad primum: & venit in primo iudicio. Aut nō est accessoriū, sed ęquè principale. e Et tunc aut nō est defectus iuris ex parte agentis, f sed ex parte conuenti: vt puta, si petebam rem ego à te, dicens ip sam te possidere, quā nō possidebas, in cœpisti possidere post lit. cōtest. tunc venit in hoc iudicio: vt. l. quæsitū. g de pecu. j de pecu. & j. de pet. hære. l. iiij. de rei ven. l. si nautem. §. j. & ad exhib. l. tigni. §. si quis. Quod dic plenè, vt ibi. Aut erat defectus ex parte actoris: & tunc aut superuenit ius ex causa de præterito: h & venit in hoc iudicio: vt i j. de pigno. act. l. si rem. §. fi. [1] & j. mand. l. si mandauero tibi vt à titio. Aut superuenit ius in causa noua, & non venit in præcedenti iudicio, vt hic in tex. Et sic falsa est opinio Io. posita hic in fi. gl. Prædicta vera quando actio proposita[k] est specialiter: secus si generaliter: nulla expressa causa: vt l. vlti. de anna. excep. & est determinatū per Inn. in d. c. Abbate sanè. in tex. circa fi. vbi Papa glossat legē istā. & gl. distinguit in l. nec q C. ad exiben. & de hoc no. per Cyn. in l. j. de aliena. iudi. mu. cau. fac. in vj. q. Bar.

On aliàs. [l] Hāc legē habuisti. s. & ideo non indiget summario.

[1] ☞*Transiens per ciuitatem cum re inca, pōt ibi cōueníri.*

Ed si postuletur. Legatus nō pōt conueníri actione in rem tempore legationis: nisi eo tēpore cœperit possidere. h. d. Alias sic: Legatus non potest conueníri etiam actione in rē, ratione præsentis possessionis quam etiam ante legationē habuit secus si tempore legationis cœpit possidere. h. d. † Per hanc l. in fi. voluit dicere quidā quòd si p ciuitatē istā aliqs facit trāsitū cū equo meo: quod possit hic conueníri, ratione p̄sentis possessionis: quia speciale est in legato, ne hic conueniatur legatus. In contrariū videt ius cōmune. Tū in cōtrarium est veritas. qđ dic vt l. fin. C. vbi in rem actio. Nec obstat hæc lex: quia hic legatus aliàs potuisset cōueníri ratione cōmunis patrię.

De eo autem. Rōne qua qui solo animo fit legatus qui legationē gerit, nō potest legatio nis tempore cōueníri. h. d. Opp. s. eodem. l. omnem. [m] Dicit glo. ibi loquitur in contractu, hic in quasi contractu. Contra hoc videtur j. eo. l. interdum. §. fi. Dicit gl. aliud in quasi contractu, qui celebrat gerēdo negotia alterius. Aliud in additione hæreditatis: quia dominus negotiorum certat de dāno vitando. Hic legatarij certant de lucro. hoc est falsum, dicit gl. qa hic loqtur etiā de creditoribus. Sed certè posset sustineri: [n] nam creditores nō agūt ex quasi cōtractu q celebrat additione: sed ex cōtractu antea celebrato. s. & per glo. in l. sancimus. C. de admi. tuto. & hoc verum quando nulla oblata petitione per actorem debitor confitetur. Secus si præcessisset libellus, & pars copiam habuisset, & postea confessa fuisset: quia tunc sequi deberet diffinitiua. De hoc est glo. in l. proinde. §. fi. ad l. Aquil. vt no. glo. ij. q. j. nos in quem quam. probatur in aut. de exhi. reis. §. suscepto. vide aliquid per Spec. de senten. §. species. versi. est quoq; tertia species.

☞POMATES. ¶Si debitori. Vide Feli. in rubri. de re iudi. in ij. colum. & seq. & in c. quod ad consultationem. in v. colum. & duabus sequen. de re iudi.

POMATES.

a ¶ Vñ dicit gloſ. Refert & ſequitur Ro.l. j. viij. co. de ar. et vid Bal. in rub. de iud. C.

b ¶ Proſequi & perfici. vide Inno. in c. qm̃ Abbas. de offic. dele.

c ¶ Qui prior. vtrum iſta l. q prior. habeat locũ in cõtractu trãſ actiõis. & aliqua de intellectu huius l. vid per Bar. in l. vbi pactũ. in fi. col. poſt gl. ibi. C. de tranſ. & aliquid hic per glo. circa fi. & ibi dicit Bal. in fi. colũ. q iſta lex habet locum in iudi ciis parib⁹, nõ in prę iudicialib⁹: & põt facere ad no. q. quã ponit Barto. in l. qui bona. §. ſi quis quia. in fine. de damno infe.

POMATES.

d ¶ Prior agat. Vide aliqd per Barb. cõſi. xlij. in xj. col. j. volu.

e ¶ Vbi acceptũ. Et limita hanc l. vt pulchrè notaui ſ tex. ibi: vbi oĩo videas. Et limita etiã, niſi ptes cõſentirẽt vt ad aliũ iudicẽ ireĩ, etiam cœpto iudicio. Ita nota dicũt Moder. in c. vt debitus. ꝑpe fi. de appel. vbi dicũt q ſi dimiſſo articulo appellationis ptes cõſentiũt, prout iudex ad quẽ cognoſcat de cã principali, poterunt. Nec obſtat iſte tex. qa procedit niſi ptes cõſentirẽt. ſed domi. Car. ibi tenet cõtra. per iſtã l. qđ bene notabis. Andre. Barba.

e ¶ Vbi acceptũ. vide q regula huius l. habet locum vbi nõ fit præiudicium iuriſdictioni alteri⁹, vt not. Io. Mo. in c. accuſat⁹. de hære. in vj. qđ dictũ reaſſumpſit Bal. in c. j. §. præterea. vlti mo. de ꝓhi. feu. alie. ꝑ Fed. qa tũc ille, cui fieret pręiudiciũ, poſſet inhibere, ꝑ ea quæ dixi in l. iudiciũ ſoluit. j. e. Et hãc regulã limitat aliquib⁹ modis Lud. in l. quãuis. in additioni. nouis. a de damno infecto.

POMATES.

e ¶ Vbi acceptum. Limita multis modis per Fel. in c. ex tenore. xvij. col. de reſcri. & adde Iaſ. qui addit in l. nulli. C. de iudi. Et intellige vt per Barba. in c. ex tranſmiſſa. de foro cõpet.

brato cũ defuncto: meritò non poſſunt agere tempore legationis: cùm ſolùm legatarij incipiunt habere actionem tempore additionis hæreditatis. Soluit glo. aliter q ibi in ſenatore, hic in legato. Et poteſt eſſe ratio: qa ſenator eſt perpetuus, legatus ad tẽpus: ar. de tuto. & ra. diſtra. l. niſi. §. cùm furioſi. do. Iac. But. ſoluit aliter: Aditio fit ex quadam neceſsitate, ne fortè decedens interim non tranſmittat: ſed negotia aliena geruntur ex voluntate. Alij verò quos Cy. refert in auĉ. qua in prouincia. C. vbi de crí. agi oportet. in q. ij. dicunt q hic in quaſi contractu, qui ſolo animo celebratur: pro quo legatus nõ poteſt conueníri. Sicuti enim quaſi contrahendo nihil facit cum alio: ita eius nomine non poteſt. ab alio conueníri. Lex cõtraria loquitur in quaſi cõtractu qui aliter quàm animo celebratur: & hoc placet. Oppo. hic dicitur q debet ſatiſdare: contra. §. ea. l. ij. §. ſed ſi dubitetur. Solu. debet ſatiſdare de legato vel debitum prętando, vt hic: non autem de defendendo, vt ibi, ratio: quia ſi nõ ſatiſdat de ſoluendo, patitur miſsionem tantùm, hic: ſed ſi teneretur ſatiſdare de defendendo & non poſſet: cogeretur ſe defendere: & ſic auferretur ab officio legationis. qđ eſt incõgruum. Præterea poteſt eſſe alia ſol. quia in §. ſed ſi dubitetur. cõueniebatur ſolùm ratione communis patriæ: hic verò etiam ratione contractus: & ſic cogitur ſatiſdare: quaſi iſtæ duæ rationes ſint potentiores quã vna, vt in auĉ. de conſan. & vteri. fra. in prin. & C. cõmunia de ſucceſ. auĉ. 1 itaq. Oppo. quia idem in quolibet alio qui ſe non defendit: quia ſolùm miſsionem patitur, vt l. ſatiſq. de in ius voc. Solu. alius pateretur miſsionem in bonis propriis: hic verò in bonis hæreditariis tantùm.

Sed & ſi reſtituatur. Ille cui ex Trebelliano reſtituitur hęreditas tempore legationis, pro ea non poterit tũc conueníri. hoc dicit. Oppo. de l. omnem. ſ. eo. Solu. fallit in aditione hæreditatis, quæ fit ſolo animo, vt ſ. dixi. Item in reſtitutione Trebellianicæ, quæ eſt ei ſimilis, vt hic. Sed contra: ſed hęres reſtituit coactus: ergo legitimè cogitur ſe defendere, vt l. ij. §. ſed & ſi agant. ſ. eo. Solu. dicit glo. iſtud fit officio iudicis. Hoc non placet: quia agens officio iudicis debet ita ſe defendere ſicut iure actionis, vt ſ. de procu. ſed & hæ. §. nõ ſolũ. Vnde dicit gloſ.ª q §. ſed ſi agant. loquitur q debet ſe defendere, ſcilicet dum agit. Secus ſi prima inſtãtia eſt finita quia tunc nõ poterit conueníri de nouo & hoc tene mẽti. & no. glo. Secundò habetis hic q priuilegium fori non tranſit ad fideicommiſſariũ vniuerſalem. Contra oppo. j. ad Trebel. l. j. §. j. Solu. vt in glo.

Ex quibus. Quo caſu non cogitur quis defendere, nõ cogitur iuramentum præſtare. hoc dicit. Vidiſtis in l. nam & poſtea. §. ſi is. de iureiuran. j.

Aedium. Non eget ſummario: quia breuis eſt & clarus.

Sed ſi dies. Ex cauſa neceſsitatis cogitur legatus litigare, inquantũ neceſsitas exigit. hoc dicit. No. bonum caſum. Nota q illud quod permittitur propter neceſsitatem, eatenus permittitur quatenus neceſsitas vrget: & ideo quia lite conte. ceſſat neceſsitas, non cogitur quis ſe vltra defendere.

Sed ſi eſſet actio quæ litis conteſtatione non perpetuaretur, vt actio de dolo, vt in inte. reſti. cogeretur ſe defendere vſq ad ſententiam: quia vſq ad illud tempus neceſsitas vrget. hoc tenet hic glo. no. & ſigna. Secundò no. q iudicium cœptum apud vnum b iudicem, poteſt apud alium iudicem proſequi & perfici, b vt hic dum dicit: ita vt in prouinciam transferatur. quod eſt no. Oppo. de l. ij. §. in omnibus. ſ. eo. ſolue vt ibi.

Si pater. In ventre in dubio præſumuntur eſſe tres: ideo iam natus pro quarta hęreditatis tantùm interim poterit conueníri. hoc dicit.

Quando habeat locum regula, qui prior appellat, prior agat.

Vi prior. Glo. noſtra ponit hic caſum tribus modis: principaliter ſcĩm duos primos nõ loquitur de materia conuentionis: & reconuentionis ſecundùm vltimum ſic. Primus caſus eſt ſecundùm l. in operis. j. loca. quem caſum gloſ. reprehendit: quia ibi loquitur de ordine ſatisfactionis, non de ordine conuentionis. Præterea ibi non ſatisfit ei qui prior egit: ſed ei qui prius conduxit: vnde iſte caſus non eſt bonus. Secundus caſus eſt in duplicibus iudicijs: vt ille prius ſuſtineat qui prius ad iudicium prouocauit: ſed ſecundũ hoc hæc lex eſſet ſuperflua, per l. in tribus. ſ. eo. Tene ergo tertiã lect. ſecundùm quam ponit ordinem inter duos, quorum vnus conuenit & reconuenitur, vt ille qui prius egit, in omnibus prædat: quia prius iurabit de calumnia: prius reſpondebit poſitionibus: prius examinabũtur eius teſtes: prius ſuper cauſa ſua ſententiabitur: tamen omnia iſta ſimul fient. Et hoc eſt quod dicit tex. qui prior appellat, prior agat. Iſtum ordinem voluit ponere tex. in auĉ. de exec. & de his qui conue. & reconue. §. ſancimus. poſita C. de ſenten. auĉ. & conſequenter. melius C. de compen. l. neq. & j. quæ ſenten. ſine appel. reſcin. l. j. in fi. & extra de mutuis petitio. c. fi. in fin. de ordi. cogni. c. cùm dilectus. Ad iſtam l. oppo. de l. præuaricationis. in prin. j. de præuarica. & no. j. eod. l. de qua re. vbi dicitur q prius ſuper emergenti eſt pronunciandum. Solu. Quandoq; † ille qui prior agit, agit criminaliter, & reconuenitur criminaliter: & tunc nõ procedit lex iſta, nec eſt noſtra materia: ſed dic vt l. is qui reus. j. de publi. iudi. C. qui accuſ. non poſ. l. neganda. & l. j. Quandoque agit ciuiliter, & reconuenitur criminaliter. vel econuerſo: tunc idem q non habet locum lex noſtra: ſed dic vt l. j. & l. vltima. C. de ordi. iudic. Quando q agit ciuiliter, & reconuenitur ciuiliter: & tunc procedit iſta lex: quo caſu vt ſoluatur contrarium præcedens, & alia quæ tanguntur hic in glo. dic aut quæſtio ciuilis ſuperuenit ciuili incidẽter: aut per ſe principaliter. Primo caſu non habet locum hæc regula: ſed ſuper emergenti eſt prius pronũciandum & cognoſcẽdum. quod dic vt in l. de qua re. j. eo. & C. de ordi. iudi. l. j. Secundo caſu quando principaliter proponitur vtraq; quæſtio: tunc ſi quidem vna continet petitorium, alia poſſeſſorium, nõ habet locum hæc regula: quia poſſeſſorium debet antè terminari: cum diſtinctione tamen, quã ſtatim videbitis j. ea. l. ſi de vi. Aut vtraq; continet petitorium: & ſi quidem vna eſt prædialis, ad aliam non habet locum hęc regula: ſed habet locum materiam inſtitu. de actio. §. prædiales. & j. de peti. hære. l. ſi quis libertatem. & quod tangitur j. eo. l. per minorem. Si verò neutra eſt prędialis ad alteram: tũc habet locum hæc lex, quòd qui prior appellat prior agat: d & tunc procedunt ea quæ dicuntur in materia conuentionis & reconuentionis: quæ plenè expediui hoc anno in materia authen. & conſequenter. C. de ſenten.

1 *Acta unius iudicis non habentis certum locum maiorum poſſunt in diuerſis locis fieri, ſiue iudex ſit ordinarius, ſiue delegatus.*
Et quando in iudice habente locum maiorum.
2 *Ordinarius poteſt delegare cauſam cœptam coram eo.*
3 *Iudicium qualiter intelligatur cœptum: ut ibi finire debeat.*
Cauſæ cœptæ coram officio Poteſtatis, illo ſublato quando poterunt coram capitaneo finiri. remißiuè.
4 *Exceptio iudicij cœpti coram uno iudice, quando poſſit opponi, & per quem.*

e **Bi acceptum.** c Hæc l. legitur duobus modis: vno modo vt vbi, ponatur localiter: alio modo vt vbi ponatur pro apud. q̃. d. vbi cœptum eſt iudicium: hoc eſt, apud quem iudicem: ibi debeat accipere finem. Nec curo vtrum in eodem loco vel in alio. † Poſſunt enim acta vnius iudicis fieri in diuerſis locis: vt ſ. de arbi. l. ſi cũ dies. §. ſi arbiter. Et hoc procedit ſine ſcrupulo in arbitro, & in iudice delegato, vel ordinario. qui non habent

a ¶ Ordinarius delegat. Quomodo iudicatur lite pendente per citationẽ, dixi in l. cum notiſſimi. in prin. C. de præſcript. xxx. annorum.

b ¶ Qualiter intelligatur. Vide l. Idem dicitur in l. q̃uis. de dã. infect. per

c ¶ Item aduerte. Ego intelligo iſtam l. Idem dicitur in l. q̃uis. de dã. infect. per illũ tex. vbi dicit q ſi quis egit cõtra vnũ coram vno iudice, & ille nõ cõparuit, ſed fuit cõtumax: q hęres eſt agenti adire aliũ iudicẽ, ne ſui cõtumacia reo proficiat: ſed Ang. ibi tenet cõtrariũ, dicẽs q nõ ꝓdeſt ſibi cõtumacia: ſed electio iudicis facta per agentẽ. Et ita dicit tenere Gul. in l. nemo põt. C. de iur. om. iudic. & Cy. in l. nulli. C. de iudi. ſic dicens: Pone q ego incœpi agere in vna cã coram vno iudice: deſto ibi, & traho reũ coram alio iudice: nunquid excipere poterit? Videtur ſic: quia maior cõuenientia eſt vniuſ cauſæ ad ſeipſam, q̃ duarũ iter ſe: ergo &c. arg. huius l. Præterea hic videt cõcedẽdũ ꝓ auĉ. qui ſemel. iſta duo arg. vel iura nihil faciũt. Primò nõ obſtat ar. huius l. q maior eſt cõuenientia vni⁹, &c. quia verũ eſt eodem tẽpore, ſed diuerſis tẽporib⁹ bene poſſum te conuenire coram diuerſis iudicibus. Itẽ nõ obſtat auĉ. qui ſemel. quia illa auĉ. reſtringit tantũ penitus deſiſtẽtibus: ſed hic nõ deſiſto penitus: imo ago coram alio: vnde nihil facit ſecundùm Petr. Sed tñ alio iure probat, vbi caueť q qui ſunt tractus in vna cauſa per libelli editionẽ, nõ poteſt coram alio trahi: & q traxerit, amittit cauſam, vt ar. j. de aſſer. tol. l. j. ad fi. ſecundũ eũ. Et pro hoc allegat q nõ debet iterdici reo potentia purgandi morã ſi vult ſumptꝰ reſicere. l. ſancimus. C. de iud. & l. & ſi poſt tres. ſ. ſi quis cau. & quia acquiſita dicit iuriſdictio iudicialis, ꝓ l. ſi qs poſtea. ſ. e. & ſic niſi renũcieť inſtantiæ, nõ videtur aliꝰ poſſe adiri: imò vexãs reũ in diuerſis tribunalibus poſtea cõparẽtẽ, perdit litẽ. l. j. fi. C. de aſſer. tol. & no. per Gul. in d. l. nemo. licet Inn. ſecũdũ eũ in c. ex tenore. ď reſcr. dicat q pœna ꝑditionis litis nõ habeat locũ niſi in caſu illius legis. Et ꝓ prędictis etiã facit q ac quiſitũ ſit ius efficaciter aduerſario, vt nõ poſſit alius iudex adiri. quod no. Inno. in c. ſup literis. de reſcrip. & quod no. Io. And. in tit. de app. §. in qbus. ver. qd ſi dictus. Sed certè opin. Angel. nõ placet, per iſtũ text. in l. noſtra. Nec obſt. dictũ Gul. & Cy. qa nõ loquit q̃ reus eſt cõtumax. Et de materia bene facit q not. Bar. in l. ſepulchrũ. de ſepul. vio. & eodẽ mõ nõ obſtat dictũ Inn. & Io. And. Item vera vť opi. Bar. q nõ vť habere locũ pœna ꝑditionis litis, niſi ſ eaſib⁹ illius. l. j. §. j. qa eſt ſpãle fauore libertatis: vt not. gl. in d. c. ex tenore. de reſcr. Et ꝓ hoc facit: qa pœnæ ſunt reſtringẽdæ in pœnis, vt in regula, odia. de reg. iu. in vj. nec obſtat q mora poſsit purgari, ꝓ dictã l. & ſi poſt tres. vt d. l. ſancimus. qa illud vťve rũ re integra. Secꝰ re nõ integra, vt vť eſſe ſ caſu ꝓpoſito. Facit q no. in d. l. & ſi poſt tres. & d. l. ſi inſulã ď ver. obli. & adde q dixi poſt Bart. in d. l. nulli. & forte poſſet dici dictã opi. forè verã qñ reus cõtumax ſolueret expenſas, ſe cũdũ d. l. ſancimꝰ. qa tũc poterit cũ cõſenſu primi iudicis contra actorẽ & cõueniẽtẽ ipſum in ſecũdo iudicio opponere de litis pẽdẽtia: qa ſi ꝓc cupata erat iuriſdictio, d. l. ſi qs poſtea. & c. propoſuiſti de fo. cõp. põt iudex agere iterdictovti poſſidetis cõtra turbãtẽ iuriſdictionẽ ſuã, per id q no. Bar. in l. ſi. in prin. ſi qs ius dicen. non obtẽ. Aut cõſenſus primi iudicis nõ accedit: & ꝓcedat opi. bar. cogita tu. &c.

¶ Poſt edictũ. Facit l. q̃uis. et ibi hoc no. Pau. ď ca. deſ iusvo.

POMATES.

¶ Eſſet vidẽdũ. vide per Ang. in l. ſi quis poſteaq̃. ſ. eo. ti.

¶ Diuidit actio. Fallit ſi ſit ſuꝑ ĩdiuiduo lis, ꝓ l. viæ itineris. cũ ibi no. j. de ſerui.

¶ Intelligũtur repetita. Vide bonãgl. in c. dilecta. de teſt. in gl. pe. & iſtã l. not. allegat Bar. in l. licet imperator. ſ. fi. de leg. j.

¶ Conſentire in iudicem. Limita hanc l. quãdo iſte iudex nullo modo erat competens. ſecus ſi eſſet iudex ſuus, qui tamen poſſet declinari: nam tunc per iſtũ actũ videt prorogari iuriſdictio eius. Facit l. ſi qs poſtea. ſ. eo. Ita vide tur velle Ange. in l. ſed & ſi ſuſceperit. j. eo. q nota.

¶ Opponere aliquã. Et vide q no. Inn. in c. præterea. de dilatio & Bar. in l. ſi cõuenerit. ff. de iuriſ. om. iu. & Bal. in l. ſi. C. eo.

¶ Eſt practica. Vide clarius in l. quamuis de dam. infec. & l. q dam conſulebant. de re iud.

¶ Nõ quẽadmodum. Ad hanc legem vide glo. in c. Raynaldus. de teſta quæ incipit, ſed nunquid. & quæ no. in l. ſeruus. §. fi. de verb. oblig.

POMATES.

f ¶Ad peremptorium. An & quando requiratur peremptorij, vide latè Felin. in c. causam quæ. versic. quãdo erit opus peremptorio, extra , de rescrip.vide Felin. in c.ij.in vj.co. extra de test.vbi dicit q̃ vnica monitio iudicis habet vim peremptorij, & ibi ponit quando interlocutoria requirat peremptorij. de quo etiã vide Ias. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. in ix. colũ.ad fin.ff.de offi. proconsu.& lega. & in iiij.col. præcedenti ponit decem & nouem limitationes ad regulam volẽtem q̃ ad prolationẽ sniæ requiratur citatio , vt etiam scripsi in l. de vnoquoque. ff. de re iudic.ad Barto.& in d.§. vbi decretum. in iiij.colum. ponit etiã quòd i iterlocutorijs regulariter requiritur citatio nisi esset modici prejudicij,vt per eum ibi.Et quòd in peremptorijs requirat limitatio, vide Barto.in l. si appa

intellexisse, cũ proposuit suam intentionẽ: tamẽ nõ sequitur:ergo sic intellexit ille testis. Vnde intentio ambigua quatenus venit probanda debet probari explicitè & limitatè:& in hoc prodest parti remediũ huius l.ª quia dicere põt,illud, quod explicitè probatum est,cõprehendi sub petitiõe sua, & venire sub hoc iudicio:& sic probatiões valent,& poterit super hoc ferri sniа quod aliàs nõ posset:vt l.nõ põt.& l.solemus.ff.e. †Quærit gl.an cogat pars declarare intentionẽ suã.Gl.dicit q̃ sic:arg.l.j.§.quia autẽ. j.quorũ lega. Ego dico,si quidẽ quæris de electione & declaratione fienda ante litem contestatã:tunc dico q̃ si per illã ambiguitatẽ impeditur deliberatio rei,an velit cedere vel cõtendere,cogitur actor declarare:& eadẽ ratione reus suã exceptionẽ. aliàs secus:vt l.j.in prin. ff.de eden. & de interrog. act.l.si defensor.§.illud. Si verò quæris de declaratione faciẽda quo ad probationem: tunc illa debet de necessitate fieri:vt ff.dixi. Et ita debet intelligi hæc gl. †Quæro,vtrũ b intentionẽ ambiguam actoris possit declarare hæres eius.Breuiter casus est in l.idem Pomponius scribit,si frumentũ.§.fin.de rei vẽ.& in l.inter stipulantẽ.§.Stichũ.j.dever. obl.& ibi dixi.†Quid si dictũ testis est ambiguũ? Rñ.potest iudex,si sibi videtur, facere q̃ testis ipse declaret, vt ff.de testa. §.quia verò.& ibi no.& extra de testa.c.cũ clamor.& ibi no.& extra de proba.c.in præsentia.in gl.in verbo,dubiũ. †Quæro,quid si circa idẽ intentio actoris est ambigua, & respõsio rei ambigua.Exemplũ,actor dicit rẽ ad se pertinere : reus dicit q̃ credit ad eũ pertinere:intelligitur ne secundùm intẽtionẽ actoris , an secundũ intentionẽ rei?Rñ. quãdo intẽtio actoris[d] est certa & limitata, respõsio rei ambigua , intelligitur secundũ intentionẽ actoris , vt videatur ad interrogata respõdisse:vt d.l.si defensor.§.j.j.de interrog.act. Sed qñ intẽtio actoris est ambigua:ipse potest interpretari[e] eam,vt vult,& reus suã responsionẽ prout vult:vt hic.Nõ ergo videtur confessata intentio actoris secundùm interpretationem eius.Hic est casus hic.& sic intelligitur glos.quod not.

Qui se dicit. Qui dicit se liberãdũ, est liber à die sententiæ vel à die interpositi decreti,si decernatur cõtra contumacem.h.d. No.argu.q̃ in causis in quibus per missionem in possessionem, & per secundum decretum non potest esse actori consultum : iudex interponit decretum quod habet vim diffinitiuæ sententiæ. Dixi plenè in l.si finita.§.j.j.de dam.infect.facit. C. si vt se ab hære. absti. auẽ.si omnes. & eadẽ ratione si aliquis peteret se liberari ab aliquo debito, vel instrumentum & similia cassari,facit.d.auẽ.si omnes.

☞*Quando proceditur contra absentem iudex non procedit nisi ad patris instantiam.*

Citatio ut habeat uim peremptorij, debet in ea apponi & peremptorie.

Monitio iudicis habet uim peremptorij.

ritor C.de cohor.lib.x.Ias.in l.j.§.j.in ij.col.in princ.ff.si quis ius dic. non obtemp.Item de regula & x).fallen.vbi non requiritur peremptorium, vide per Felin.in c.consuluit.in iiij.colũ.extra de of.dele.& in seq. vide etiam Dec.ibi in ix.col.& seq.vbi ponit etiam an possit fieri vna citatio pro oibus & an comminatio quæ fit quòd nisi venerit,procedat ad sententiam,& habeat vim peremptorij: et an monitio iudicis in facie habeat vim peremptorij. Item q̃ etiã in interlocutorijs requiratur citatio, quando sunt grauis præiudicij,vide de Ias.in l. si opus.ff. de oper.no.nũ. Item vide Bar.in extraua. ad reprimendum. in verficulo in territorio.q̃ monitio iudicis in facie ad audiẽdam sententiam intelligitur peremptoria:& similiter i sum marijs citatio intelligitur peremptoria, & etiam in interpellationibus extraiudicialibus . Item circa istam materiã vide Alexandrum in lege si finita.§.Iulianus.in xij.col. & duabus sequen.ff.de dam.infe. & etiã in xxv. colũ. Aduerte quòd licet in ciuilibus actore non comparente circunducitur ædictum tamen secus est i criminalibus secundũ Bal.in c.cõsuluit extra,de offic.deleg. & ibi vide omnino Panor.Et ad materiam huius l.vide latè bal. in capitulo fin. extra de dolo & contuma: vbi dixit quòd licet iudex non cõpareat, tamen reus nõ cõparens in expensis non dẽnabitur . Vide etiã de materia Ro. cõsi. ccccliiij. in secũda columna.Item quòd si faciens citari aliquẽ, nõ compareat in termino citationis, citatio est nulla.vide Ias.in Rubric.ff. de in ius voc.vide aliquid per Felin . in capitu. licet post princi. extra,de accusf.Ité quòd actore cõtumace reo non dicatur contumax,vide quæ dicit Socin. in lege si quis arbitratu. in secundo nota.ff.de verborum obligatio.

☞POMATES.

¶Ad peremptorium. Vide Matesi. nota. v. incipi . nota quòd est differentia. & Abbat. capitulo primo tertio nota . vbi per docto . de iudic.

¶Non audiuisset. Quod verbum qua liter,intelligatur vide Bald.in lege consentaneum. C. quomodo & quando iudex.

☞POMATES.

¶Opponitur quòd. Vide Felinum . capi.accedens secunda in quinta columna, vt litem non contestata.

3 *Terminus dilationum peremptoriarum quando minui possit per iudicem.*

f **AD peremptoriũ.** f Ad sententiam peruenitur præcedente peremptorio impetrato legitimo ordine hic expresso.h.d.†Nota quã docunq̃ proceditur cõtra absentem,iudex non debet procedere nisi ad petitionẽ partis, vt hic,ibi:vt quis primò petat. & C. de iud. l.properandũ.§.j.& C.quomodo & quãdo 2 iudex.aut.qui semel.†Secundò no.q̃ in citatione debet apponi,& peremptoriè: aliàs non sufficeret,vt hic in l.& tertiũ.Quod intellige quando citatio fit per edictum vel per nuncium.sed quãdo fit per iudicem , q̃ monet partem q̃ tali die cõpareat, non est necesse q̃ dicatur peremptoriè : quia vim peremptorij habet.q̃ no.vt l.ij.C.qũo et qñ iud.& ibi per gl.Item hoc est verũ nisi præcedant tres citationes:quia tunc non est necesse q̃ dicatur,& peremptoriè: quia subintelligitur tacitè in tertia,vt l.tres denunciationes.C.quomodo & quando iudex. Credo tamen q̃ si in citatione exprimeretur,q̃ ipso non veniente procedetur ad sentẽtiã, q̃ illud dicere habet vim peremptorij vt hic & j.e.l.in peremptorio. Vltimò not. ex hac 3 l.nonnunq̃.in fi.†q̃ terminus istarũ dilatiõũ ex causa põt minui.Vnde arbitror q̃ si iudex exanimauit negotiũ, & audiuit allegatiões ꝑsentibus partibus:q̃ tunc sufficiat vna citatio perẽptoria & breuis ad audiendũ sententiã.De quo dic vt dixi in l.consentaneũ.C.quõ & qñ iud. Sed si allegationes nõ audiuisset, g vel aliquid de cognitione restaret:tunc deberẽt dari dilationes lõgiores. Ita intelligitur hæc l.ad peremptorium cũ seq.hoc ꝓbat in l.si peremptorio,j.e.vbi dicit cognituru se & pronunciaturu. & sic apparet q̃ restabat aliqd cognitiõis:probat in auẽ.iubemus.C.e.Vltimò qualiter istędi latiões possit abbreuiari dixi i l.ij.j.de re iu.

1 ☞*Consuetudo seruat si iudici placet, ut post peremptorium per aliquos dies pars expectetur.*

2 *Citatio quando fit per edictum,non est necesse quod perueniat ad notitiam citati.*

3 *Actore absente potest negotium liquidari & pronũciari.*

IT post. Reo absente in termino peremptorio f iterũ ex benignitate citat, & sententia secundũ iustitiã profertur. actore verò absente in termino peremptorio cassatur illa citatio,& illius edicti instantia perimetur:non autem diffinitiuè pronũciabitur.h.d.Oppo.q̃ h post peremptorium g edictum non sit necessaria alia citatio:vt in præcedentibus legibus.Gloss.fatetur & dicit,debet id est potest.& istud obseruat†cõsuetudo q̃ post peremptoriũ si placet iudici,ex benignitate expectat partẽ p aliquos dies.Secundò opp.& videtur q̃ absens contumax non possit vincere: vt j. de re iud. l. h contumacia.fol.ibi:damno litis afficitur,scilicet damno expensarum. Tertiò opp. de l. certum.§.fin.de confes.Sol. illa intelligitur secundũ istã. Quæro quomodo proponun

a ¶De qua re. Hoc tamen limitant Cano. vt Io. An. post Inno. in c. ad abolendū de hæret. nisi essent indistinctæ iurisdictionis: quia tunc non potest superior alterius iurisdictionis compellere: vbi si iste iudex nollet iudicare, nō per hoc debet pars ab ipso appellare: sed simpliciter adire superiorem vt compellat. Ita dicit no. Specu. de iud. delega. §. sequitur. ad fi. Tu adde quod not. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in ij. col. de ope. no. nun.

b ¶Sol. dico. Facit I. fi. quod metus cau. 2 vbi quāuis ciuiliter exactum sit: tamen quia debitum est, re petitur.

c ¶Iudex non posit. Vide latè Bart. in l. à diuo Pio. in prin. vbi idem no. in personali actiõe sufficeret &c. 3 ☞P. PAV. P.

d ¶Item nota. Vide aliquid per Com. consi. vij. incip. visis cõpromisso. in v. col. & ex verbis eius colligitur vult notab. limitatio.

e ¶Iudex declaret. Et sic facit ꝙ si aliquis petit decem, vt sibi debita, in fine libelli petit per iudicem declarari actionē competere sibi: quod procedet libellus, perinde acsi peteret reum condēnari, vt voluit do. Io. per hic not. & per text. in l. si finita. §. eleganter. de dāno infect. Istum §. vide multis modis limitatum per ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres de ver. obli. & nunc limita cum aliquid falsum allegatū est à parte præsente cõtra cõtumacem, propter quod sententia cõtra eum lata est. Secus si præsens tacuit exceptionē peremptoriā vel dilatoriam absenti competere: qa sententia valet, siue dolo tacuerit, siue non. Illud est ꝙ no. sentit Bar. in l. j. in ij. col. de satisf. & Inn. in c. præterea. de dila. in fin. & Ioan. Andr. in c. si duobus. de app. quia melius est tacere ꝙm malè loquiꝫ & minꝰ a delinquitur. text. cũ glo. in Cle. constitutionem. de elec. facit iiij. q. iiij. c. j. & istud bene nota. Ad istum tex. adde l. si vt ꝓponis. la ij. cum ibi not. C. qũo & qñ iudex. ☞POMATES.

f ¶Marcellus. Vide ad declarationem huius l. per Fel. c. nonnulli. §. sunt & alij. in xj. col. & seq. de rescrip. Mat. no. xviij. incip. no. ꝙ sententia lata. ☞P. PAV. P.

f ¶Marcellus. Vide Fel. in c. sicut. col. xij. versi. quæro ad intel lectum §. Marcellus. extra de re iudic.

g ¶Ex falsis allegationibus. Adde not. per Bar. in l. j. C. ꝺ aduo. diuer. iu. & in l. ij. si ex fal. instru. quod not. Bal. in l. fin. in ij. col. eo. titu.

tur ista edicta. Dicit glo. olim proponebantur in albo: hodie fit per nuncium. Secūdò quæro ꝑan sit necesse quòd ista citatio perueniat in notitiam citari. Glo. dicit ꝙ non: vt l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. Venio ad ver. quòd si is. opp. & videtur ꝙ absente actore posit peruenirí ad diffinitiuam sententiam: vt C. de iudi. l. properandum. §. j. & in auē. qui semel. C. quomodo & quando iudex. †Sol. fateor ꝙ in hoc ista lex est hodie immutata: nam olim regulariter actore absente non trahebatur eremodi cium: nec poterat negotium liquidari, neq; ad diffinitiuam sententiā peruenirí, vt hic: neq; de causa cognoscetur, neq; secundùm præsentem pronunciabitur: sed per l. properandū. fuit inductum ꝙ absente actore pronunciarí poterat: si eo præsente fuerit negotium liquidatū, non autem poterat liquidarí eo absente, vt ibi patet. sed per auē. qui semel. est inductum ꝙ absente actore poterit negotium liquidari & pronunciarí. Oppo. & videtur ꝙ non solū circunducatur edictū: imò absoluatur à tota instantia: vt C. e. l. properandum. §. j. Sol. dico ꝙ iudex potest vtrunq; facere: tamen in hoc est differentia quando circunducitur edictum tantū, non est necessaria noua citatio: sed hoc potest facere eo ipso ꝙ de actoris contumacia constat, vt hic. Sed quando vellet absoluere ab instantia tota: tunc est necessaria noua citatio: vt dicta l. properandum. §. j. Et ita intelligit Inn. in c. consuluit extra de offi. deleg.

Sciendum. Verus contumax non appel. h. d. Loquitur ergo hic de vero contumace: secus de ficto, vt l. ab eo. C. quomodo & quando iud. Et quis sit fictus, & quis verus contumax, no. l. fi. ŝ. de in integ. resti. C. eo. l. properandū. §. sinautem reus. & per Io. And. extra de do. & cõtu. c. j. in Cle. Quæro, vtrũ cõtumacia 1 procuratoris faciat dñm perdere beneficiũ g appellandi. In no. tangit extra vt lit. nō cõtest. c. j. Dicam in l. j. si qs ius dicē. nō obtēp. 2

De qua re. a Quæro ꝑ quē cogetur? Rñdeo per superiorem vel per ipsum: vt in auē. vt dif. iudi. in prin. & §. j. Gl. tractat hic qõnem, vtrũ super incidenti sit pronũciandũ. breuiter, aut est exceptio q̃ opp. ad processum: & ista dicit emergens & de ea est pronũciandũ. Aut opponit ad merita causæ, & dicit incidens, & de ea nō ꝓnũciatur de necessitate. Quod dic plenè in l. j. C. de or. iu. ꝙ dico nō pronunciandũ, ſ. de necessitate: si tamen pronũciabitur, nō retractatur, vt l. intra vtile. ŝ. de mino.

Iudex. Iurisdictio iudicis potest prorogarí consensu partium de quātitate ad quantitatem. hoc dicit.

Cum absentem. Iudicium agitatum nomine mortui, qui viuere putabatur, quantum ad eū est nullum: sed nomine eius solutum poterit ab hærede, cui proficit, repeti. hoc. d. Oppo. dicitur hic ꝙ iudicium fuit nullum: contra j. fami. ercis. l. cùm putarem. Sol. Dicunt quidam, est nullum quo ad actionem: tamen instãtia & sententia tenet. Alij dicunt ꝙ nihil tenet: & hoc videtur verius, vt j. quæ senten. sine ap. re. l. j. in fin. Sed tunc opp. si non tenet, quare iste, qui soluit, potest repetere, cū videatur ꝙ sententia nulla re b petitionem impediat? Solu. Dico ꝙ ideo repetitur: quia fuit solutum debitum: & ideo ab hærede repetitur: quia hæc solutio liberauit eum: licet gl. aliter dicat.

1 ☞Iudex exequens licet non posit de iniquitate sententiæ cognoscere, debet tamen videre an sit lata parte præsente uel contumaciter absente. & nume. 3.
2 In personali actione sufficit quod iudex declaret quem debere: licet non condemnet.
3 Iudex exequens non cognoscit de nullitate sententiæ.

Sipretor. Iudex exequens sententiā, non debet de iniquitate sententiæ cognoscere, 1 sed sufficit pronunciatum esse. h. d. †Nota ꝙ licet iu c dex non posit cognoscere de iniquitate sententiæ, debet tamen videre vtrum sit lata sententia parte præsente vel cõtumaciter absente: hoc ergo debet liquere iudici exequenti. Itē d nota[a] †in personali actione sufficere ꝙ iudex declaret[c] quem debere, licet non condemnet. Simile ŝ. de arbi. l. quid tamen. §. j. & l. 2 e cùm apud. iud. sol. Item no. †ꝙ iudex exequens nō debet cognoscere de iniquitate sententiæ quod plenè dic vt l. à diuo Pio. §. j. 3 de re iud. Sed an posit cognoscere de nullitate sentētiæ: videt ꝙ sic, vt l. iiij. §. condemnatū. j. de re iudic. & ibi dixi. & C. si ex falsis instrumētis. l. fi. & ibi dixi. Facit C. de ord. cog. l. fi. & j. proxi. §.

1 ☞Sententia lata ex falsis allegationibus contra absentem est ipso iure nulla.
2 Sententia lata contra præsentem ex falsis instrumentis non est nulla, sed uenit annullanda per restitutionem in integrum.
3 Sententia lata per iudicem contra eum qui comparere non debuit, & iudex hæc scit: est ipso iure nulla: secus si ignorabat.
4 Iudicem iudicasse ex falsis allegationibus, quomodo probetur, remissiuè.
5 Exceptio nullitatis impedit executionem.
6 Petitio restitutionis in integrum quando differat executionem.

Marcellus. f Sententia ex falsis aliegationibus cõtra absentem lata est ipso iure nulla. Item sententia lata contra eum, qui venire non debebat, vel est nulla, vel annullanda hoc dicit. Diuide in partes duas. Primò ab eo quod dixerat, iudicem exequentem non cognoscere de iniquitate sententiæ: excipit quando est lata contra absentem ex falsis allegationibus. Secundò quando est lata contra absentem, qui venire non debebat. Secunda ibi, Paulus no. Oppo. quod quando sententia lata per falsas allegationes, non est ipso iure nulla: non petita in integrum restitutione: vt l. diuus. de re iudi. & C. si ex falsis instru. per totum. Sol. Quidam fatentur contrarium & dicunt qđ admittit hic querelam per modum restitutionis in integrum. Gloss. dicit aliter & melius, quia †sententia lata ex falsis allega 1 tionibus[g] dolosè factis contra absentem est ipso iure nulla vt hic g sicut si esset lata contra minorē: vt l. j. C. si tutor ex fal. alleg. fuc. 2 excu. Sed sententia †lata ex falsis instrumentis contra præsentē non est nulla: sed venit annullanda per restitutionem in integrū, vt in contrarijs. & hoc tenet hic glo. super ver. sciens. & bene, licet aliter videatur innuere gloss. super verbo, amittere. Et sic habes distinguere: aut est lata contra præsentem aut contra absentē & aut fuit allegatum falsum scienter, aut ignoranter. Venio ad versi. Paulus. Quæro quid velit dicere text. actionem denegā dam vel prætorem exequi non debere. Quidam dicunt quòd in primo casu denegat ipso iure: in secūdo petita restitutione in integrum quod gloss. reprobat, & exponit aliter, vt in ea habetis, q̃ expositiones literæ non congruunt. Dicas ergo sic. & iste fuit intellectus domini Iurisconsulti Pauli, quod actio iudicati in eū denegatur, si ex sententia actione iudicati agitur: vel exequi prætorem non debere, quando officio iudicis executio postulatur. & hoc multum applaudet literæ, vel aliter, quod dicit actionem denegandam, intelligas ipso iure. Quod dicit exequi prætorem non debere, intellige petita restitutione, vt in expositione quam 3 glo. reprobat sed vera est in se rectè intelligendo. †Nam si quidem comparere non debuit ex causis hic positis, & iudici hoc li quebat, sententia est ipso iure nulla. Sed si iudex ignorabat: tunc valet ista sententia, sed irritatur per restitutionem. Ita no. in lege 4 quæsitum. j. de re iudi. quod tene menti. †Quæro qualiter probauit quis iudicē iudicasse ex falsis allegationibus. dic vt in gl. Vltimò nota ex hoc referendo oĩa ad prin. huius l. vt glos. facit primo

5 mo †ꝙ exceptio nullitatis impedit executionē. remissiones de
6 diſin præcedenti §. Secundò not. quod †petitio restitutionis in
a integrum cõtra sententiam differt executionem[a]. Quod intelli
ge, nisi haberet altiorem indaginem vel fieret causa differendi:
vt C. de fal. l. ij. dixi in l. fi. C. si ex fal. instru. & extra de in integr.
restit. c. auditis. facit C. de preci. impe. offe. auē. quæ supplicatio.
Bartolus.

b **Roponebatur.** [b]Mutatione iudicis non mu
c tatur[c] iudicium. h. d. Bar. Nota ista exempla quæ ponuntur in hac lege.

1 ☞Victus uictori etiam ratione temeritatis condemnatur in expensis, nisi habuerit iustam causam litigandi.
2 Iusta causa litigandi magis requiritur in actore quàm in reo, ut ab expensis excusetur.
3 Sumptus litis, uiatica, & cætera damna, ueniunt in condemnatione expensarum.
Cibaria ueniunt eatenus, quatenus expendit ultra quàm domi expendisset.
4 Iuramentum calumniæ non excusat ab expensis.
5 Iudex incompetens an condemnet in expensis.

d **Vm quem temere.** Temerarius[d] actor damno expẽsarum
1 afficitur. h. d. Not. ergo †ꝙ propter temeritatē fit condemnatio expensarum. Contra: imò ratione victoriæ: quia victus victori, &c. vt C. eo. l. properandū. §. sinautem. Solu. Dicunt quidam, ratione victoriæ fit condēnatio in expẽsis litis tātum, vt ibi. Ratione temeritatis fit cõdemnatio etiā in alijs expensis, vt in viaticis, & similibus. Ita hic loquitur. Et secundum hoc innuit ꝙ victus victori condemnatur in expensis, siue habuit iustam causam litigandi, siue non. ꝙ an sit verum, statim dicam. Alij dicunt ꝙ lex properandū, loquitur quando sequitur diffinitiua sententia, hic quando nulla speratur. Verbi gratia, pe
e tijt actor[e] citari Titium cum multi Titij essent. comparuit vnus, dicit actor, tu non es ille. Certè propter temeritatem, quia ita confusè fecit libellum, condemnatur in expensis, vt hic. Vnde non fuit lata aliqua diffinitiua: & sic recedit in idem cum præcedenti quod indistinctè victus victori condemnetur in expẽsis. Alij dicunt, & ista est veritas, quòd illa lex debet distingui per istam, & per alias, quòd victus victori condemnetur in expensis: nisi habuit iustam causam litigandi. Institu. de pœ. teme. litigan. & in authen. de iud. §. oportet. & l. qui solidum. §. etiam. j. de lega. ij. & 2 ista est vera. †Ad vnum tamen aduerte, quòd in actore requiritur magis iusta causa litigandi quàm in reo, vt excusetur ab expensis. Ratio: quia antequam litiget, debet deliberare subtilius.
3 Istud probatur in l. qui in alterius. de regu iur. †Quæro quæ ex
f pensæ[f] veniant reficiendæ. Tex. hic dicit, sumptus litis & viatica: vt l. non ignoret. C. de fruc. & lit. expen. C. de iudic. l. sancimus. Addit, & ad cætera damna. An cibaria autem veniant dic secũdum distinctionem positam in tex. l. sed & si hære. §. j. j. ad exhi. quia eatenus veniunt, quatenus expendit vltra quàm domi ex
4 pendisset. †Quæro vtrum iuramentum calumniæ excuset ab
g expensis[g]. Breuiter iuramētum calumniæ excusat à præsumpta
h calumnia[h]: vt l. iij. §. j. j. de iureiurand. & l. j. j. si mu. ven. no. in posmit. sed expensæ veniunt nō solùm per calumniam, sed propter temeritatem, vt hic: ergo non excusat ab expensis. Probatur in l. j. §. j. ad Turpil. & ibi dixi. Do. Iac. intellexit l. istam quando aliquis est condemnatus in expensis gratia temerariæ vocationis,
i vel quia vocauit in iudicium eum, quem vocare nō debuit[i], vel ☞tempore quo non debuit. In quibus causis sola temeritate quis vocatur. Vnde ante sententiam temere vocans in expensis condemnatur. sed l. properandum. §. sinautem. loquitur quando per sententiam quis est victus. & sic nō obstat. Hoc intellige, vt ibi patet: nisi vocatus sciret se coram iudice incompetēti vocatum: tunc enim conueniendo esset in culpa: nō debet haberi ratio ex
5 pensarum. †Sed quæro, an talis[k] iudex incompetens in expen
k sis condemnabit? Respondeo, sic, ne causæ continentia diuidatur. argumentum. C. eodem l. nulli. & suprà si quis in ius vocanon ierit. l. ij.

1 **Iudicibus.** Maior iudex minoribus consulentibus de iu
re respondet[l], non de facto. hoc dicit. De hac materia qualiter ad superiores referatur, dic vt doc. plenè dicūt. C. de rela. l. j. & quod habes in l. ij. ŝ. de legi.

m **Si in iudiciis.** [m]Falsa demonstratio non vi
tiat iudicium. hoc dicit. De hoc dixi plenè in l. demonstratio. infrà de condict. & demonstra.

a ¶Differt executionem. De hoc latius per Bar. in l. defendente. de auth. tut. Dixi plenè post Imo. in l. iij. §. condemnatum. de re iudi.
b ☞POMATES. ¶Proponebat. Vide ad quod alle. Ro. hāc l. cõsi. cxcviij.
c ¶Non mutatur. Adde tex. & ibi nota. Bar. in l. meminisse. de offi. procõ. & facit an citatus corā prædecessore teneat in termino cõparere corā successore. Io. And. in c. licet. de accusa.

Vi neque. Priuatorũ con d sensus nō facit iudicem eum, qui nulli præest iurisdictioni. h. d.

Nonnunquam. Aliqñ ex ne
n cessitate iudex committit nuncio[n], vt causam dirimat. h. d.

De inofficioso testamento. Rubri.

Continua vt in glossa.

1 ☞Qualiter querela, & qualiter contra tabulas competat parentibus.

LEX I.

Sciendum. Interascẽ dentes & descendentes inter fratres, locus est querelę: nō inter alios. h. d. Opp. & videtur ꝙ paren f tibus non competat querela: quia filij non possunt facere testamentum: vt j. de testa. l. qui in potestate. Sol. Intellige hic de testamento facto à filio emancipato f vel à filio descendente per lineam maternam, ita ꝙ sit in potestate. Nā si esset in potestate, testamentum esset nullum, vt in cõtrario. Opp. ꝙ non habeat locum querela, imò contra tabu. vt l. j. in prin. j. si à pa. quis fu. ma. †Sol. Quandoq; parentes exhæredā 1 tur: & tunc habet locum querela indistinctè, vt hic. Quandoq; prætereuntur: & tũc si quidem sunt ascendentes per lineam maternam, habet locum querela: quia talis prę teritio habetur pro exhæredatione, vt instí. g de exhære. lib. in fi. & C. eo. l. si quis filium. Si verò prætereatur ascendens per lineam paternam habet locum contra tab. vt d. l. j. si à par. quis fu. ma. & l. pater filium. j. eod. Istud quod dicitur hic de fratre qualiter debeat intelligi, dic plenè vt C. eo. l. fratres.

1 ☞Dictio quasi, est nota impropriet. tatis.
2 Rectè signat iustitiam causæ: rite, solennitatem in ordine.
3 Medium concludendi in querela inofficiosi.

LEX. II.

Hoc colore. Querela ꝓ
ponitur ca
pto colore demētiæ: in qua proponẽs debet probare se indignè esse ab hæreditate semotum. h. d. vsque ad 1 l. posthumus. †Nota hic ꝙ dictio quasi, est nota impropriet. tatis: licet quandoque aliter sumatur. †Secundò nota ex text. & gloss. 2 differentiam inter rectè & ritè. Nam rectè significat iustitiam rei in se, seu rectitudinẽ causæ: ritè, significat iustitiam seu solenni 1 tatem in ordine. Simile in l. sed & si lege. §. scire. j. de peti. hæred. & tetigi in l. lecta. j. si cer. pet. quod no. in formatione pũctorum quãdo mittuntur ad sapientes. Aliter enim n debet consuli qñ esset in puncto rectè: aliter qñ esset ritè. †Tertiò nota medium per quod cõcludit in querela inofficiosi, quasi sanæ mētis nō fuerit: quia nō ex officio pietatis testatus est, vt hic, & l. nam & his. §. j. j.

h ¶Calumnia. Vide Com. consi. xxiiij. in ij. col. post prin.
i ☞Scripta exempla ria habet post verbũ debuit: vel tpe quo nō debebat. ꝙbus calfib⁹ &c. Alex. Losę⁹. ☞P. PAV. P.
k ¶Sed quæro an talis. Quid autē si petatur postea coram iudice cõpetēte, an poterit ꝓcedere cũ noua petitiõe sup illa prima porrecta corā iudice incõpetēti: vide Com. ꝙ non cõsil. lxxxv. incip. quãuis de iure.
l ¶Rñdet. Adde quod habeē in l. ij. C. de le. ☞POMATES.
m ¶Si in iudicijs. Vide ad quod alle. Ro. hāc l. consi. cccxliij.
n ¶Iudex cõmittit nũcio. No. ꝙ nũciꝰ possit esse iudex delegatus. qđ itellige vt hic ꝓ gl. & Bal. in l. si vt ꝓponis. in prin. C. de exec. rei iu. & ibi gl.

a ↦P. P A V. P. ¶Sed hodie color. vide Bar. in l. j. in ix. quæsti. ff. de iure codicil. & in effectu patet ex eo quod ibi dicit ipse.

b ¶Et hoc tenet gloss. Et sic est hic glo. quòd vbi filius est ritè exhæredatus, nõ potest dicere testamentum nullum. quantum ad hoc alleg. Bal. in l. hi qui ad ciuilia. in iij. col. de appel. j.

c ¶Si quis ex his istũ text. no. limitat. Bal. in l. fi. de fideic. liber. & Bald. in. l. ij. C. de re iudica. Et vide quòd per hunc text. dicit Bald. in l. ij. in ij. colũ. C. vt lit. pen. & Bal. in l. fratres. C. e. Et vide in l. fi. in vlti. colum. de pet. hære. C. per istum tex. etiã dicit Bald. in l. certa. C. qñ prouoc. q sententia lata super libello tacitè ẽpto valet. ↦ POMATES.

c ¶Si quis ex his. Vide de intellectu huius §. in repe. l. fæpe. iij. char. de re iud.

c ☞Circa intellectum huius §. vide Alexã. in l. fæpe. in vij. & x. c. l. de re iudi. Alexã. consil. cxxiij. in ij. co. vide Corse. in sing. suis in char. xxvij. in fin. incip. tu habes text. vide Bald. in c. nihil. in iij. colũ. de elec. Anto. Alex.

↦P. P A V. P.

c ¶Si quis ex his. Circa intellectum huius text. Alex. in l. fæpe. in ix. & x. colũ. ff. de re iud. vide Alexã. in consil. cxxiij. in ij. co.

d ¶Dicit gl. No. limitationem ad tit. res inter alios acta. quam intellige per Bart. in l. qui repudiantis. j. e. §. Adde Bald. in l. ij. in vij. opp. C. qui. res in. non noc. & Ange. in l. si Titius. de ver. obli. transit cum Inn. in d. c. in nostra. ibidẽ. & sic habes hic text secundũ Bal. & Anno. in locis hic al. q exceptio, tua nõ interest: impedit litis ingressum quod not. Dole Tãcre. de Cor. rub. in ij. parte, in q. incip. septimo loco, aliquis obturbãte. facit l. ille à testamento. vbel. aliàs excepposui in l. nus. iud. sol. Barto. in l. mandãte. cod. & l. si ante omnia. de pact. & not. Bal. in c. ex parte. de accu. & in c. super his. e. titu. quem sequendo refert Pet. de Ancha. in Clem. constitutionem. de elect. vbi dicit quòd est dilatoria. Bartol. in l. si pupilli. §. videamus. de neg. gest. Imol. in dicto §. si testamento. & Bald. hic.

↦ POMATES.

e ¶Quæro vsque. Vide Fel. c. ex parte. iij. colum. de test.

eo. & l. Titia. sed hodie color [a] iste seu medium iste tud non proponitur, vt dicam in l. nam & his. in fi.

LEX III.

Nofficiosum. Hãc l. & quãtes summaui cum l. præcedẽti.

Am & his.

1 ☞*Conclusio in querela inofficiosi testamenti est q petat testamentum rescindi.*

2 *Rupto testamento per querelam, legata debentur per authen. ex causa.*

3 *Querelæ inofficiosi testamenti etiam hodie locus est.*

Huius autem. In hoc §. ponit formã libelli in querela inofficiosi. Nam primò dicit quid debet narrare. Secundò ponit medium per qd concludit: conclusionẽ verò omittit. † Cõclusio erat: quia petit pronũciari testamentum inofficiosum: vt l. qui repudiantis. §. fi. j. eo. vel melius petit testm rescindi, vt l. mater. j. eo. ibi, secundũ quod. & no. j. eod. l. qui de inofficioso. in fi. gl. magnæ. Nota quod dicit docere se. & sic ille qui agit querela, debet se docere merentẽ. cõtra. C. de inofficiosa. l. omnino. Sol. huius timore debes scire q multa sunt immutata per iura noua, videlicet tria per iura Codicis, & tria per iura Authenticorũ: quæ dic vt in gl. quę ordinatæ hic ponit. Addit † glo. quartũ, scilicet q hodie rupto testõ per querelã debentur legata per auc. ex causa. Idem no. l. Papinia. §. si ex causa. j. eo. Contra hoc videtur tex. j. eo. l. Titia. Si enim testm irritat quęsito colore dementiæ: ergo nec legata valent tanq̃ à demente relicta: quod quidã tenẽt. Sed veritas est q hic dicitur, vt apparet in corpore vnde sumit autur. ex causa. ibi ex falsis allegationibus, &c. Rñ. hodie iste color non quæritˇ. Nam vt sit locus quærelę, est necesse causam præteritionis vel exhęredationis insertã iustam esse. Vnde põt dici q fecerit testm quasi demens: imò tanq̃ sapiẽs: quia quilibet sapiens hoc feciſſet si causa esset vera. Sed agitur hodie querela, quasi causa inserta vera non sit, secundùm Iac. de Are. quod plenè dixi vobis in auc. ex cã. † Quæro vtrũ hodie sit locus querelæ inofficiosi testa. de hoc fuerũt opiniões inter nostros glossatores. Io. dicebat q nõ: alij dicunt q locus est querelæ, & hęc vera, qñ est facta prętéritio vel exhęredatio inserta causa iusta, sed nõ probata. Et hoc tenet glo. [b] vbiq̃. Examinauimus plenè opiniones in l. j. j. de testa. & in authenti. ex causa. C. de lic. præte. Barto.

☞*An posthumus alienus posit instituι.*

Posthumus. Posthumus præteritus vel exhęredatus põt agere querela eo casu quo posset iam natus succedere, vt suus vel legítimus. h. d. Ex glo. j. hic posita collígitur casus positio. Primò ponit dictum. Secundò format vnam obiectionem. Tertiò illi respondet. Secunda ibi: quid ergo. Tertia ibi: sed hoc. Quæro, de quo legitimo & cognato loquatur hic. Dic vt in gloss. & dixi vobis poneneo casum. Quęro quid vult dicere ver. quid ergo. Respon. ibi format vnam oppositionem contra prædicta. q. d. si prędicta sunt vera, sequitur quod imputetur defuncto, quia testamentũ fecit: & sic interdicatur testamenti factio. quæ consequentia sic probat. Si testm facit, & talem posthumum sibi instituit, testamentum est nullũ: quia non potest adíri hęreditas: quia à iure ciuili non est cognitus. Item quia posthumus alienus non potest instituι. Sed si facit testamentũ, & instituit aliũ, irritatur per querelã: ergo nõ debuit facere. Ita sentit gl. nostra. Certè in eo quod dicit, q posthumus alienus institutus nõ posset adire hęreditatẽ, si non esset agnatus nõ dicit verũ: quia differentia agnatorũ & cognatorum est solùm in succesione abintestato: ex testamento autem quilibet potest adire, etiam extraneus, nedum cognatus. vnde illa remanet ratio dubitandi: quia posthumus alienus non poterat instituι. † Oppo. q posthumus alienus posset instituι: vt l. Gallus. §. ille casus. j. de liber. & posthu. Sol. propter illam regulam quæ erat q posthumus alienus non poterat instituι, fuit facta tota l. Gallus. Nam Gallus prouidit instituι posse posthumum alienũ hoc est eum qui non erat suus, si natus esset tempore testamenti: si tamen naceretur intra decem menses proximos morti testatoris: & de eo qui efficitur suus post mortem loquuntur omnes suppletiones. Sęquolæ factę ad consilium Galli l. verò Velleia prouidit quòd posint etiam instituι posthumi qui non erant sui tempore testamenti: sed efficerentur sui etiam in vita testatoris. Iulianus etiam prouidit in casu difficili, vt d. l. Gallus. §. ille casus. hodie verò indistinctè posthumus alienus potest instituι, vt Insti. de bo. pos. §. posthuma. & no. in d. §. ille casus. Bar.

1 ☞*Sententia lata pro uno prodest omnibus, quando quis petit aliquid fieri, ut rescindi testamentum uel simulia.*

2 *Exceptio, tua non interest, admittitur usque ad litem contestatam tantùm.*

3 *Querela inofficiosi testamenti est officium iudicis.*

c **Si quis ex his.** Rescisio facta per iudicem ad petitionem vnius, etiam si eius aliàs non interfit prodest omnibus. hoc dicit. Oppo. res inter alios acta &c. vt C. res inter alios acta. per totum. Sol. dicit gl. verùm est q non prodest principaliter, sed per quandam consequentiam ita dicit

d gl. [a] alibi videtur dicere † q speciale est in querela: quia sententia lata cum vno, facit ius quo ad omnes: vt j. eod. l. Papinianus. §. si ex causa. Breuiter Inno. videtur dicere quòd vbicunque aliquis agit nec petit sibi aliquid dari, sed petii à iudice fieri, vt rescindi testamentum, vt hic, vel rescindi sententiam vel contractum, vel similia: tunc sententia lata pro vno prodest omnibus. Ita loquitur hic, & not. per Inno. extra de proc. c. in nostra. circa

2 fin. & de accu. c. super his. in prima glo. † Quęro vsque [a] ad quod

e tempus admittatur ista exceptio, non potes agere, quia tua non interest. Dicit Inno. in dicto c. super his. q vsque ad litem contestatam tantùm. & allegat hunc §. Quæro vtrum † querela inofficiosi testamenti sit actio vel accusatio. Glo. dicit quòd nec est actio, nec accusatio, sed quoddam medium. & ideo Io. non posuit specialem cellulam de querela inofficiosi testamenti in arbore actionum. Breuiter arbitror quòd sit officium iudicis quòd apparet: quia solum petitur quòd à iudice fiat scilicet quòd rescindatur quæsito illo colore, de quo habuisti §. e. l. ij. & §. l. proxi. & sic cùm verba dirigantur ad inuicem erit iudicis officium, vt dixi in l. j. de condi. ex lege.

Si quis instituta. Querela non transmittitur nisi fuerit præparata: quę prępara tio intelligitur multis modis in sequent. l. expressis. hoc dicit cum l. sequenti.

1 ☞*Si filia fœmina quæ minata fuit fratribus suis de petenda portione hæreditatis, an ex hoc inducatur aditio. Et sic petitio transeat ad hæredes.*

2 *Qui egit querela, & obtinuit, quòd in dubio non uideatur adiisse.*

Vemadmodum.

Nota mirabilem legem qualiter querela dicatur prępparata per comminationem vel denunciationem vel libelli dationẽ. Et sic facit q ex eo † q filia fœmina minata fuit fratribus suis de petẽda portione hereditatis: ex hac cõminatiõe inducatur

2 inducatur aditio [a], & sic transeat ad hæredes petitio: in argumen-

2 tum dico, non tamen determino. † Quæro an ille qui agit querela, eo ipso q obtinuit, videatur esse hæres. Gl. hic distinguit quo animo interposuit querelam, vt si animo adeundi sit hæres: aliàs non. In dubio dicit Dy. in l. Antistius. j. de acqui. hęre. q videtur velle adire: quod puto verum in querela. Secus in eo qui diceret testamentum falsum vel nullum: vt l. cùm quidam. j. de bo. poss. & C. de repud. hære. l. si quis suus.

Papinianus. Pater nomine filij eo inuito querelam instituere non potest. h. d. Nota q querelam filius non acquirit patri, ipso iure secũdùm ista tempora: sicut nec hæreditatem, nisi velit adire: vt l. cùm proponas. C. de hære. instit. Ratio quam ponit

b tex. nõ videtur bona [b]: quia ipsius iniuria, &c. quia actionem iniuriarum potest pater exercere, vt l. sed si vnius. §. filio. de iniur. Ratio ergo videtur: quia sicut hæreditas non quæritur patri, nisi filius adeat: vt l. cùm proponas. j. de hæred. instit. ita nec querela quæ eius est præparatoria.

1 ☞*Quæ sit bonorum possessio causa litis cognoscendæ.*

Sequenti. Querela etiã quæ est præparata, nõ transit ad patrẽ qui bona occupat iure peculij, non iure

1 hæreditario. h. d. Ante omnia † quæro quid vult dicere bonorum

c possessio [a] causa ordinandæ litis. Dicit gl. q ista est quædã bonorum possessio quã habet filio emancipato quæ nõ tribuit ius, sicut nec Carboniana & ventris nomine: & dabatur ista bonorũ possessio filio emancipato in signum. Cum enim nõ agnosceba-

d tur [a] à iure ciuili habita ista bonorũ possessiõe cognoscetur: sicut cũ aliquis dat signũ nũcio, vt cognoscaˇ ab eo cui mittiˇ. Doc. Vltramon. dicunt in l. ij. C. e. q est hæc quædã diuinatio: sed hoc vult dicere bonorũ possessio causa litis agnoscendæ: quia filius suus olim nõ habebat necesse petere, cũ rescisso testamento statim est suus de iure ciuili, velit nolit. Emãcipatus verò habet necesse petere istam bonorũ possessionẽ contra tab. ad hoc vt testamento postea rupto nõ posit dicere, ego nolo istã hereditatem. Certè istud est magis diuinare: & videtur contra casum. j. ea. l. §. si ex causa vbi ille, qui obtinuit in querela, potest renunciare hæreditati: vt l. Antistius. j. de acqui. hære. Tene ergo gl. Quæro, cõtra cuius testamentum iste filius volebat agere querela. Glo. j. dicit contra testamentũ aui materni. Glo. vlti. dicit cõtra testamentum matris. vide eã. Prima est verior quàm vltima. Nam filius succedit matri per senatusconsultum Orficianum de iure ciuili: & ideo non haberet necesse petere bonorum possesionẽ cautela litis agnoscendæ.

1 ☞*Qualiter quis dicatur destitisse.*

2 *Dispositio l. si ea. C. de accu. quòd habeat locum in ciuilibus, scilicet quòd dato termino ad agendum quis postea non auditur.*

Si quis post rem. Desistens semel in hac accusatione postea nõ auditur. h. d. † Quæ-

1 ritur, qualiter dicatur destitisse. Rñ. duobus modis. Dicit glo. vel destitit animo relinquendi litẽ, secundũ formã l. destitisse. s. tit. j. vel quia in termino ipse actor nõ cõparuit: sicut dicimus in accusationibus criminalibus: vt l. si ea. C. qui accus. nõ pos. licet ecus sit in actionibus ciuilibus: quia actore nõ cõparente circunducitur edictũ, & instantia prima remanet: vt l. & post edictum. s. tit. j. Innuit ergo gl. q eo ipso q actor est cõtumax in actiõibus

2 criminalibus videatur destitisse. † Item innuit q l. si ea. C. qui accusa. nõ pos. nõ habet locum in ciuilibus, quod not. istud nõ est verũ: quia in criminalibus contra contumacẽ proceditur more priuatorũ iudiciorũ seu ciuilium actionũ: vt l. absentẽ. j. de publ. iud. l. inter accusatorẽ. & ibi ad finem tetigi. & Inno. in c. licet in

e beato. Petro. de accu. Et ex hoc sequitur q accusatore [a] nõ comparente in termino dato ad procedendum, seruabitur idẽ quod dicit in l. & post edictũ. Pro hoc j. de accu. l. libellorũ. in fi. Sed si terminus esset datus ad accusandũ, & quis nõ accusat: postea nõ

f auditur [b]: vt l. si ea. C. qui accu. nõ pos. & j. de accu. l. Titia & eodẽ modo in ciuilibus non daretur terminus ad agendum: & postea quis non audiretur: vt l. si eo tempore. C. de remiſ. pig. & de ingen. & ma. l. diffamari. & C. vt nemo inuitus. l. j. & per Dy. in c. indultum. extra de reg. iur. lib. vj. tene menti hanc glos.

1 ☞*Legata ad pias causas minuuntur propter legitimam.*

Testamentum, in quo pauperes sunt instituti, rumpitur præteritione uel exhæredatione.

Si Imperator. Dignitas instituti hanc querelã non impedit. h. d. Quid si aliquis facit hęredem Deum, hoc est, pauperes Christi? Dicit gl.

a ☞ q idem. & allegat dictum Aug. qui dicit: Qui pauperes vult instituere, & filium exhæredare, aliũ quærat pro consilio quàm Augustinũ. Idem not. in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. Ex quo habes

1 † q relicta ad pias causas minuuntur propter legitimam: & testamentum rumpitur prætéritione vel exhæredatione: licet sint pauperes hæredes instituti.

Papinianus ait. Testamẽtumve terant subiacet querelæ: nisi intra annum missionis decesserit. h. d. Oppo. de l. si instituta. §. de inofficioso. j. eo. cũ §. seq. Sol. ibi loquitur in militante: hic in veterano. Opp. de l. fi. C. eo. Sol. ibi in filiofa. qui peculium castrense habet: hic in patre veterano, in quo cessat peculium. Opp. in auc. vt cũ de app. cog. §. fancimus. vbi indistinctè testamentum filiefa. super castrense subiacet querelæ. De hoc sunt multæ glo. contrariæ. Dixi vobis plenè in auc. ex causa. ideo hic omitto.

1 ☞*Substitutio pupillaris directa & expressa matrem excludit.*

2 *Variatio in eadem instantia non admittitur: in alia instantia & inter diuersas personas sic.*

3 *Pater faciendo testamentum filio matrem excludit: quod non potest facere filius. & quare hoc sit.*

Testamentum patris qualiter dicatur eius testamentum, & filij.

Sed necimpuberis. Tabulæ pupillares nõ subiacent querelæ per se, sed ruc pto testamento paterno in totũ, & ipsæ tabulæ pupillares rũpuntur: secus si pro parte. h. d. Primò quæro de intellectu huius §.

f & in prima particula casus est planus †, ex

1 qua habes q substitutio pupillaris directa & expressa matrem excludit in totum. Idẽ habes hodie extra de testa. c. j. li. vj. & C. de impu. & aliꝑ substi. l. precibus. de vulga. & pupil. l. Lucius. j. Venio ad ver. nec patris.

g & quæro de eius intellectu: & potest intelligi vno modo q loquatur de fratre patris testantis qui substituit pupillo extraneum turpem personam. Vnde nõ potest cõqueri de testamento fratris sui: quia est testamẽtum filij, & non fratris: & hoc modo videtur intelligere glo. Potest etiam intelligi vt loquatur de fratre impuberis. q. d. nec frater impuberis dicet officiosum testamentũ patris, ideo quia ipse frater impuberis est præteritus in pupillari substitutiõe, & substitutus extraneus est turpis persona. Nam talis substitutio est testamentum filij: & sic propter præteritionem factam in ea nõ irritatur testamentum fratris. Sequitur versi. ergo ne frater. quæro de eius intellectu. Respond. & dico quòd loquitur de fratre impuberis: qui sicut non potest dicere inofficiosum testamentum patris propter præteritionem de eo factam in pupillari substitutione: ita nec ipsam pupillarem substitutionem potest dicere inofficiosam: quia pater fecit, vt dictum est §. de matre. Et hoc verum nisi patris testamentũ dicat inofficiosum propter se nõ propter pupillarẽ. Item gl. super verb. impuberis. circa prin. ibi: vel qua ratione excluditur pater: si habetis, vel qua ratione excluditur mater non stat bene: quia repetit idem quod prædixerat: si habetis pater, est corrupta glos. quia patri cõtra testamentũ sumet, vel impuberis, non potest dari querela: ideo debet dicere

2 patruus. de quo dixi in ver. nec patris. secundũ vnam lect. Opp.

g quòd ista † variatio [a] non debet admitti: vt l. j. C. de furtis. Glossa

↦P. P A V. P. ¶Inducatur aditio. Idẽ tenet Pau. de Ca. in §. præcedẽti si quis instituta in notab.

b ¶Nõ videtur bona. Posset etiã respõderi aliter quam gl. dicat ad §. filio. hic allegatum. quod §. ille non habeat locũ in iniuria illata à coniuncta psona. Casus est hic singularis secundùm intellectũ Barto. in l. Lucius. solu. mat. & ista iniuria facta per querelam infertur à cõiuncta persona: ergo &c. quod tene mẽti.

↦P. P A V. P.

c ¶Pap. bonorũ possessio. Circa istã bonorũ possessionẽ & qa prætor non præiudicat. Ita filijs exhæredatis de remedio prętorio sut prꝫteritis. Vide Ias. in l. posthumus. in iij. colũ. ff. de bon. pos. cõtra tabul. & Latius eundẽ in l. certũ. in v. & vj. col. C. vnde legit. & aliquid per eundẽ in l. ij. in v. col. ff. de inoff. testa.

d ¶Nõ agnoscebatur. Vide latè per Fulgo. in l. fi. C. vnde legit. & ibi Cy. & plenius Cy. in l. ij. C. eo. & dixi post Fulgo. in d. l. fina.

e ¶Sequitur q accusatore. Vide Barto. in l. inter accusatorem. ad fi. de pub. iud. & Inn. in c. licet in beato Pe. de accu.

f ¶Postea nõ auditur. Intellige vt per Bal. in dicta l. si ea.

☞ Verba Augustini, quæ transsumptiuè habentur in c. quicũque. quod est fi. xvij. q. iiij. Alex. Losæus.

↦P. P A V. P.

g ¶Oppono. q ista variatio. Vide latè Fel. in c. capitulum. colũ. xiij. ver. similiter & primò extra de rescr. ad intelligentiam huius §. vide Ro. in rep. legis qui se patris. colum. iiij. ver. ex istis. C. vnde lib.

a ¶Si quis mortis. De intellectu huius tex. vide per do. Ia. in l. inter cætera. de liberis & posthu. dixi post Bart. in l. ita tamen. §. qui rogatus. j. ad Trebel.

a ☞Quarta. Vide Bar. in l. ex facto. la grande, de hære. instit. cũ cõsi. cxcvij. ad fi. mod. in authen. nouissima. C. de inoff. test. An aũt prius deducanť relicta ad pias causas vel relictũ ad cõpẽsationẽ seruitiorũ receptorũ, ponit Alex. consi. xlv. ad fi. Anto. Alex.

↠P. P. A V. P.

b ¶Deducto ære alieno. Vide Pau. de Castr. in l. ita tu. in §. si patronus. ff. ad Trebel. Vide Bar. in l. ex facto. la grande, de hær. inst. Com. consi. cxxvij. ad fi. Moder. in auth. nouissima. C. de inoffic. test. An aũt prius deducãtur relicta ad pias causas, vt relicta ad cõpẽsationẽ seruitiorũ receptorũ, vide Ale. consi. xlv. ad fin.

Nb. probat ita illam de cautione practicae testat. qui pap. de sca. 31. quae

respõdet q ideo admittiť variatio: quia verè testm̃ est patris quo ad ordinationẽ. Filij verò, qa de sua hæreditate agiť, vt de vulg. & pup. l. patris & filij. doct. dicũt aliter, & melius, variatio reprobať in eadẽ instantia vel in cõtrarijs: sed hic sunt diuersæ instãtiæ: ideo variatio admittiť. quod tene mẽti. quod est verum in diuersis personis: sed in eisdẽ personis est verũ, si in prima succubuit, vt fuit hic. Simile in l. Aurelius. §. fi. de liber. leg. Secus si in prima obtinuiſſet: vt l. j. C. de furt. quod dic vt ibi in isto §. si obtinet in j. q. variet in ij. quia contra diuersas personas, vel, vt verius loquar, hic nulla est variatio si bene aduertať, vt statim dicã. Opp. qui facit aliquid nomine alterius, nõ põt plus quã ille, cuius nomine facit: vt l. minor. in fi. ff. de procu. sed pupillus nõ posset præterire matrẽ: ergo nec pater qui ei facit testm̃ †. Rñ. dico q licet pater faciat testamentũ filio, nõ tñ facit nomine filij: sed ipsius patris testm̃ est: ideo nõ requiriť illa solennitas quæ requireret in persona filij: & hoc voluit dicere gl. Probať simile: creditor vult vendere bona pupilli sibi obligata: requireret ne illa solẽnitas quę requireretur, si pupillus venderet? Rñ. nõ: vt l. si pupillorũ. §. j. j. de re. eorũ. non emˀ vendidit nomine pupilli, sed vendidit ex iure suo, licet rem pupilli. Ita hic pater ex iure suo facit testm̃ pupillo, non ex persona pupilli: & hoc modo in primo iudicio matrem excludit: in alio iudicio cõtra fratrẽ excludit eũ substitutus: quia filij testm̃ est, hoc est, de hæreditate filij, vt dicit glo. hic. & bene: & sic nullo modo cõtradicit primo dicto. Nam vbiq; dicit testm̃ esse patris: sed de hæreditate filij. Si igiť est de hæreditate filij, alter frater non põt conqueri: quia de illis bonis nõ debebat habere quartã, vt j. ea. l. §. qm̃ autẽ quarta. Venio ad vltimũ dictũ, & op. q patris testm̃ non põt rescindi in totũ: quia non põt alter filius agere, nisi pro parte sua: vt l. mater. j. eo. Solu. dicit gl. sic de facto fuit, nec fuit repulsus: vt ſ. eo. l. posthumus. §. si quis ex his. Istud dictũ gl. debet intelligi qñ agebať cõtra eũ qui totã hæreditatẽ possidebat. Nã si ageret contra vnũ qui possidebat dimidiã tm̃, tn̄ agebatur querela pro solido: sentẽtia lata cõtra illũ altero nõ citato præiudicare non posſet: vt l. nã ita diuus. ſ. de adop. & j. e. l. circa. Opp. de l. ex duobus. §. fi. j. de vul. & pup. Sol. rupto testamento paterno per querelam rumpitur pupillare, vt hic: secus si per contratabulas, vt ibi. Rationem videbitis j. eod. l. filio.

a **Si quis mortis.** ¶Si quarta causa mortis donet, quere la excluditur. h. d. Istud hodie corrigitur: quia debet habere quartam iure institutiõis, vt in authen. vt cum de ap. cog. §. aliud quoque capitulum.

Si quis impuberi. Propter pupillarem substitutionem filius nõ habet querelã. h. d. Quærit gl. quid si substituit per fideicõmissum? Certe secus: qa fideicõmissum continet grauamen. vnde olim agebat querela: hodie reuocatur grauamen: filius ergo per fideicõmissum non põt grauari à patre vltra legitimã, nec in bonis quæ habet filius aliunde, vt l. cohæredi. §. cũ filiæ. de vulg. & pup. secus in ventẽtibus ab intestato ipsi impuberi, quos grauare põt. quod dic vt not. per Dy. in l. j. de vulg. & pup. & per Cy. C. eo. ex tribus substitutus autẽ filio impuberi bene posſet grauari in quarta, seu legato per fideicommissum, vt l. si Titio. §. fi. cum l. seq. j. de legat. j.

f ¶Sufficit dicere. Ergo in homine hominis non præſumitur pluralitas,etiam ſine alia demonſtratione vide tamen Barto.in l.demõſtratio.in vij. q.de condi.et demõ. & doc.in l.j.ff.de lib. & poſthu.ſequĩ hic do.Anto.in c.ij.de libel. obla. & bene & ſecundũ hoc declarat Bar. in l.libellorum.in vij.colũ.de accu.& in d.l. demõſtratio. Bart. in d.l.ſi quis fundo.§.ſi inter de lega.ij.in verſi.itẽ opp.de §.noſtro.bal. in l.conuenticulã. de epiſco.et cle.Allegat iſtã l.q̃ in obligatione alternatiua non tranſfertur dominiũ ante electionem.

↠P. PAV. P.

g ¶Nomẽ proprium. Vide ad Bar.in l. demonſtratio falſa. de condit. & demon. in vij. q. vide Decium conſil.xiij. prope fi. in contrarium.

h ¶Quęro quid. Adde no.per Bart. in l.j. in gl.magna.ff.de eden. Bar.in l.ſi quis argẽtum.ff. depoſi. Inno. in c. certificari.de ſepul.& Bal.in l.j.in ij. col.C.de ſenten.quæ ſine cer.quanti.

i ¶A nomine matris. Adde l.iij.in princ.& ibi not.Bar.ff. de lib. & poſthumis.

↠P. PAV. P.

k ¶Si is qui ſe. Limita vt per Abb. in c. examinata.ĩ iiij. col. extra, de re iudic. Itẽ q̃ nõ procedat de iure canonico, vid̃ bartol.in trac.differẽtiarum inter ius ciuile & cano.in vj.col.

l ¶Pomponius. Vide Bal. hic an titulus diuiſionis excludat petitionem hęreditatis, facit l. j. cum ibi not. C.cõmunia vtriuſq̃ iudi.

☞ POMATES.

m ¶Officium. vide Abba.cõſi.cix.in primo dubio.ij.volu.

n ¶Vel aliter detinet. Et inquantum.hic dicitur hæc q̃ actio datur contra detinentem:intelligas niſi verè poſsidẽs offerat ſe liti: quia tũc talis detentator nõ poterit cõueniri. Ita Inn.in c.cũ ſuper.de re iudic.in glo.in verbo,cõſtituerit. & Imo.in l.æpe.de re iudi.in vlti.charta. Et adde quod not.Ange.in l.Põponi⁹. in §.ſi is q̃ precario.de acqui.poſſeſ.dixit ſecũdũ Innoc.in c.quoniam frequenter.§.quod ſi ſuper.infra allegãdo, q̃ tũc demum cõtra ſimplicẽ detentorẽ agi põt reali,quãdo dubitatur an ipſe poſsideat:ſed demõſtrato q̃ meram detentionẽ habeat, debet abſolui ab obſeruatione iudicij: & potest, etiam ſi velet nominare,& defendere dominũ in iudicio. l. ij. C. vbi in rẽ actio. Et ita limitat hãc l.in fi.Sed do.Ioã.in d. §. ſi is qui precario. dicit q̃ imò ad hoc vt veniat abſoluendus merus detentator:debet nominare dñm in iudicio, ſi vult euitare iudicium: per d. l.ij. vbi eſt verbum, debet:quod neceſsitatem importat.l. fæpe.de officio præſi.l. iij. C. de pignori. Et adde not. per Barto. in d. §. ſi is qui. & in l.ſi ventri.de priuile. credito.Et quid ſi ali quis non poſsidet, nec detinet ſed habet facultatem rei reſtituendæ: an detur rei vẽdicatio, vide Bal. in l.ij. C. vbi in rem actio. in tertia colũna.& eſt tex.in l.ferui nomine. j. de vſucapio. & Barto. hic. Sed qualiter fiet executio in rei vendicatione intentata contra nudum detentatorem, vide Bald.in auẽ.ei qui. in v.colũ. de bonis authoritat. iudic. poſſi. Adde quid ſi agitur contra Titium poſsidẽtem ad fundum, & author Titij nõ ſolum vult adeſſe cauſæ, ſed remouere Titiũ: & actor dicit, volo agere cũ Titio, qui habet facultatem rei tradendæ: an poſsit? Vide Federic.conſil. cclxj.

o ¶Actor probaſſet ſe dominũ. Adde Bart. poſt glo.in l.peremptorias.C.ſenten. reſcin. non poſſ. & ibi Bald. in ij. colum. & Bald. in auẽ. qui ſemel.in prin. hic allegata.

↠P. PAV. P.

p ¶§. is qui precario. vide Areti. ibi in iij. col.et vl. ponit And. aliam ſolutionẽ contra detentorem, vide in repertorio in ver. Itẽ vẽdicatio an noceat tũc ſententia ei, qui naturaliter poſsidebat vel detinebat quando actum fuit cõtra ciuilem poſſeſſorem.

☞ PO.MATES.

q ¶Quæro vtrum. vide Feli.c. cum ſuper. v.col.de re iudi.

↠P. PAV. P.

r ¶Sententia lata. vide Alexan.in l.peregre §.quibus.in penul. & vlti. colũ.ff. de acqui.poſſeſ.

s ¶Præiudicium domino. Adde no.per Bar.in l.ij.C.vbi in rem actio.

1 ☞ *Teſtes ſuper nouis capitulis produci poſſunt poſt dicita teſtificata.*
2 *Depoſitarius non conuenitur rei uendicatione.*
3 *Conuentus rei uendicatione nominat dominum in iudicio.*
4 *Habens facultatem rei reſtituendæ an poſsit conueniri rei uendicatione.remiſsiuè.*
5 *Sententia lata contra colonum non præiudicat domino, nec in proprietate,nec in poſſeſsione.*

m **Officium.** Hęc actio datur contra eum qui poſsidet,vel eſt in poſſeſsione cauſa cuſtodiæ:vel aliter[n] detinet. h. d.Oppo.quod ille qui poſsidet titulo, non cogatur ad reſtitutionem: vt l. regulariter. §.de peti.hæred.Solu.aliud in petitione hęreditatis.aliud eſt in rei vendicatione. Ratio ponitur hic in text. Oppo.iſta litera innuit q̃ poſtq̃ actor probauit intentionem ſuam reus poſsit ſuas exceptiones obijcere: & ſic innuit q̃ teſtes produci poſſunt poſt dicita teſtificata.contra in auẽ.de teſti.§. qa verò.Solu.glo.iſta lex poteſt intelligi quatuor modis,ſecundũ primã corrigit:ſecundum alios non.Certè ſecundũ primũ† modum non videtur corrigi hæc lex. nam dicta auẽ. loquitur q̃ poſt didicita teſtificata nõ poſſunt produci teſtes ſuper eiſdem capitulis:hic producebantur noui articuli ſeparati totaliter ab his, ſuper quibus teſtes erant examinati. Vnde poſito q̃ actor probaſſet ſe dominum[o] per dicta teſtium: ego volo probare q̃ ipſe vẽdidit mihi partem. Certè optimè admitteretur probatio:vt C. de proba.exceptionem.& facit auẽ. qui ſemel.C.eod.† Oppo.hic dicitur q̃ depoſitarius poteſt cõueniri rei vendicatione contra in auẽ.de depoſito.§.j.Sol.gl. nullus poteſt contra reſtitutionem depoſiti deponere,niſi dominus. & vide quæ dixi in l. peremptorias.C.ſen.reſcindi non poſ.& in d. auẽ.† Quęro nunquid rei vendicatione cõuentus poſsit nominare dominum in iudicio.Reſpondeo.gl.dicit q̃ ſic: vt l.ij.C. vbi in rem actio. † Quæro, nunquid ſi aliquis non poſsidet,nec detinet,ſed habet facultatem reſtituendi rem,quia poteſt rem habere quando vult:vtrum poſsit conueniri rei vendicatione.Glo.habes in l. Pomponius. §.ſi is qui precario.[p] j. de acquirenda poſſeſsio.dic vt ibi. † Quæro vtrum[q] ſententia lata[r] contra colonum faciat aliquod præ[s] iudicium domino[s]. Certè in proprietate

1 **Si res.** Si res q̃ in diuiſo poſsideatur à ſocio meo, & ab alio: alium tantùm conueniam: ſi pro diuiſo,vtrunq̃ pro rata conueniam. hoc dicit.† Nota res mobiles & iura non poſſunt

a ¶Non ſolũ.Et ad hanc l.vide not.per.Bar.& doct.in l.j.C.de iudi.
b ☞ POMATES.¶Secundo opp.vide qd operatur talis diſpoſitio ſtatuti, vt per Ang.in authẽ.de exhi.re.in v.col.in gl.quę incipit,ſi eĩ.& §.oportet.ĩ authẽ.de iudic.ſed contrariũ tenet Bal.l.terminato.C.de fruct.lit.ex.in cõtrarium facit gl.l.ſi.in computatione.C.de iure delib.
c ¶Statuto caueẽ.Nota qd operetur ſtatutũ,q victus victori cõdẽneẽ in expenſis. cõtra hoc facit quod ſtatutũ videẽ dirigere verba ad iudicẽ, dũ dicit,cõdẽneẽ ſcilicet à iudice: ideo nõ põt naſci cõditio ex ſtatuto,per regulã quam ponit Bar. in l.j.j.de condi. ex l. in tĩj.col.Itẽ hoc ſtatutũ loquitur penitꝰ per eadẽ verba, per quæ loquiẽ ius cõe: ergo nullũ vinculũ addit:ſed vĩ.merè re citatoriũ iuris cõis. l.ius aũt ciuile.à cõtrario ſenſu,de iuſti. & iur.per gl.& doc. in c.j.de cõſti. in vj. Et ſic debet intelligi quod iudicis officio mercenario debet fieri cõdẽnatio in expẽſis.l.terminato.C. de fruct.& lit. expẽ. Sed dictũ Bart. poſſet ſaluari ſi ſtatutũ dicit p verba q victus victori teneaẽ vel obligetur in expenſis.nã iſta verba obligetur debẽt producere actionẽ. l. licet.§.ea.ff.de procu. aliàs nulla eſſet nata actio vel obligatio pro expenſis:quia illud,q venit officio iudicis,non põt peti iure actionis vel obligationis.l. qui p colluſionem.de act. emp.l.v.de annu.lega.vide tu q no in. auth.de iudi.§. oportet.& quod habetur de li.lega.l. debitor. & l. venditores. de ver.obl.& q habeẽ C.de excu.tut.in l.ſe ueriter.p Bart. facit q no.in l.j.in prin.ff. ad l.fal ſed do. Flo. in c.finem litibus.de do.& cõtu.tenet cõtra Bar.ſed do. Ioã. de Imo.ſequitur Bar.& vide Bal.in l.terminato.in vl.col.& cum Bal.etiam tranſit Imo.in l.ſi Titius.§.celſus.de aqua plu.arc.& Ang.in authẽ.de exhib. re.in prin.& Io.An.& doc.in c.ex parte.de reſcrip.& do.Ant.in c.j.de ſequeſtra.poſ.vide ſingulariter Ang.& Imo.l.Paulus.in prin.ff.de re iud.Adde vt per Pet.de Anc.conſi.clxxxij.vbi voluit q ſtante ſtatuto q ſi accuſator defecerit in accuſando.cõdennetur in expẽſis,& ſi iudex omiſit,habeatur pro cõdẽnato,quod ſi abſoluerit,& ſtatim poſt condemnauerit reformando ſententiam,quod ſecunda ſententia non valeat.
d ✠P. PAV. P. ¶Si quis rem.regulam huius §.quod princeps ex cauſa poſſit tollere ius tertij,& an tunc teneatur de pretio ſibi ſatisfacere,vide latiſſime Iaſ.in l.Barbarius.in vij.& viij.col.ff.de offic.præto.& ibi in octaua co lũ.ponit ſecus eſſe in Papa,priuato & bonis eccleſiaſticis,ex quo quando eſt dñs omniũ bonorum,non tenetur reſarcire,vide eũ in l.quoties. C.de re iudi. in iiij.col.& qnòd in principe præſumatur cauſa,vide Com.conſi.lxij.in pe. colũ.poſt med.Et quomodo princeps.poſſit petere ius tertij ex cauſa: & an tunc ſit tertio ſatisfaciendum,vide in hoc Feli.in c.omnes leges.j.diſtin.in pe. col.vide etiam latè Alex.in conſi.ccxxxiij.in prin.in iij.colũ.& in cõſi. cccix. & de materia conſil.cxxxvj.circa fin.vide de materia Roma.conſi. cccx. Et an tertius ſit citandus,vide Roma.conſi.ccclxix.in vj.col.Paul.de caſt.conſi. ccxxvij.in penul.col.vbi non loquitur,vide Paul.de Caſt.con.cvij.in ij.colũ. Item an poſſit tollere ius adeundi,quaſi ſit de iure ciuili,vide Pau.de caſt. cõ filio ccxxvij.in antepenul.colũ.vide in materia omnino Panor.in j.parte cõ. Et alia de poteſtate Imperatoris,vide in l.deprecatio.infra ad le.Rho.de iac. Et de duplici poteſtate,vna ordinaria,alia abſolutoria,vide in reperto.in verbo,principis.in princip.Et aliam vide in l.digna vox. C. de legib. ad Barto. quomodo princeps ſit ſolutus legibus, & quomodo ligetur contractibus. & in l.Cæſar.de quibus ad Barto.Quomodo cõtractus principis habeat vim legis,etiam in d.l.digna vox.vide multa.Item & de poteſtate principis, &

conſtat q non,vt l.j. C. vbi in rem actio. ſed an faciat præiudicium in poſſeſsione. Inno.tractat i nc.quoniam frequenter. extra,vt lit.non conteſta.& tenet q non:quia conſtabat añ iudicium qd' poſsidebat. In contrarium facit infra ad exibendũ.l. Celſus.§.Iulianus.Sed potes dicere q ibi loquitur quando dominus agebat cõtra vſufructuarium detentorem vel ſimilem.quęſtio noſtra loquitur in extraneo agente.

SIres. Bonæ fidei poſſeſſor debet reſtituere rẽ vbi eſt, vel vbi petitur ſumptibus petitoris:malæfidei poſſeſſor ſolùm vbi inueniẽ,vel vbi petiẽ ſumptibus ſuis. h.d.cum duabus legibus ſequentibus. Prima lex loquitur in bonæfidei poſſeſſore eligente.Secunda.quando eligit petitor.Tertia loquitur in malæfidei poſſeſſore. & ita poſui vobis caſum.Ad primã opp. j.de exhiben.l.ſed & ſi.§.quo autem loco.Sol.Intellige hanc ſecundùm illam in eo, qui domino conſueuerat lucrari expenſas: ſed vi uebat de proprio.Secũdò op.q lex ſequẽs ſit ſuperflua.Huius timore ſunt opi.Guli. fateẽ q idem reperit cum aliqua determinatione,ſcilicet ſatisdatione.
1 ☞ *Stante ſtatuto q victus victori condemnetur in expenſis:ſi tempore ſententiæ iudex omittat, expenſæ poterũt peti actione ex ſtatuto.*

a ON ſolum. [a] Malę fidei poſſeſſor tenetur ad rem & ad intereſſe deteriorationis,hac actiõe,& actione l.Aquiliæ,ſed vna per aliam tollit̃ q̃ put actor elegerit.h.d.Oppo.glo.q hæc lex nõ procedit in bonæ fidei poſſeſſore, cui negligentia non poteſt obĵci: quia poteſt reabuti ſi vult:vt ſ.de peti. hære.l.ſi quid poſſeſſor.§.ſicut.Item nec in malę fidei poſſeſſore,quia ſibi non cauetur:vt j.eod.l.is qui dolo. Gloſſ.dicit. hic loquitur in malæ fidei poſſeſſore. Nec obſtat l. is qui dolo quia ei cauetur , ſcilicet de defendendo, vel de euictione:ſed hæc actio, de qua hic

quod in principe præſumatur ſemper iuſta cauſa vide Feli.in c.quæ in eccleſiarum.in xxij.colum.& multis ſequen.extra de cõſtitu.Super quo vide Iaſ. in l.teſtamentum.C.de teſta.qui concludit contrarium,ad finem tollendi ea, quæ ſunt & iure gentium:vt per eum vide in reperto.in verbo, princeps, & cauſæ,quia in litera habes in duobus locis.de iſto verbo princeps & eius materia,vide de hoc in primo loco poſt verbum ſcio, & credo. Item vide ad materiam quomodo poſſit princeps in præiudicium tertij aliquid diſponere,quæ habes ad Barto. in l. Gallus.§.& quid ſi tantùm.in fi.de libe. et poſthum.dum ibi ponit an in legitima tione ſpurij requiratur citatio eorum,de quorum præiudicio tractat, & an poſsit princeps legitimando prgiudicare. Itẽ an princes poſsit tollere exceptiones per emptorias, vide ad Bar.in l.quoties. C. de præci.impe.offer. Item quid de ceſsionibus quæ ſunt de iure ciuili , quomodo poſsit princeps eas tollere, vide omnino quæ habes ad Barto.in l.ex hoc iure.in vlti.col.ff. de iuſtiti. & iure. Item an requiratur citatio partis,quando princeps reſcribit,vel privilegia in præiudicium tertij,vide ĩ.in princip.huius apoſtoillæ, & Feli.in c. cùm olim.in x.colũ. circa fin.extra, de re iudic. & ſucceſsiuè per diſcurſum maxime in antepenultim. colum. Item quod in principe præſumatur, & ob hoc exequens non dicatur peccare , etiam quo ad deum, vide quæ habes in Bertachi. in verbo, præceptũ. Item an requiratur citatio ex quo poſſit princeps inuita parte faciunt quæ not.poſt glo.& Bar tol.in l.j. C. qui admitti.vbi ponit de filio,qui hodie poteſt

loquitur,non improbatur. *Simile vidiſtis* in duabus legibus præcedentibus.Petr.dicit quod hæc lex poteſt intelligi in bonæ fidei poſſeſſore.Nec obſtat l.ſi quid poſſeſſor.§.ſicut.quia quædam eſt culpa adhibita in negligendo:& de illa non tenetur , vt ibi.quædam eſt in faciendo:& de illa tenetur.quod apparet in l. Aquil. Negligentia verò non venit in actione l. Aquil. Certè hic non poteſt loquí in bonæ fidei poſſeſſore:quia tunc non veniret iudicis officio, quod deſeruit rei vendicationi. Præterea hæc lex loquitur poſt latam ſententiam tẽpore executionis,ſi bene inſpiciatur , quo tempore bene poſſeſſor erat iam malæ fidei,& reſtituebat rem deterioratam. Et vt ſcias,iſta actio eſt arbitraria:vt l.in actione. j.de in lit.iuran.Vnde poſt primam ſentẽtiam poteſt ferri ſecunda , ſi non reſtituat: vel minus perfectè reſtituat : vt l.ſi cum exceptione.§.hæc autem actio.ſ.quod metus cauſa.& C.ad exhiben. l. exhibitionis.
b & de ea loquitur hic.Secundò op. [b] quod cautio eſſet ſuperuacua,cùm reo eſſet conſultum officio iudicis,vel ope exceptionis Solu.dicit gloſſ.quod imò eſſet vtile propter ſumptus.qui poſſunt peti iure actionis,qui ante venerant ſolùm officio iudicis mercenario. † Et per iſtam gloſ.dicunt
c quod ſi ſtatuto cauetur [c] quod victus victori condemnetur in expenſis , quod ſi condemnatio in expenſis fuerit omiſſa tempore ſententiæ,poterunt expenſæ peti condictione ex ſtatuto: vt illud ſtatutum operetur hoc : vt quod primò veniebat officio iudicis,nunc veniat iure actionis. De hoc in l.iij.§.ſi rem.infra de leg.iij. & quod ibi not.per glo.& ibi dixi.
1 ☞ *Princeps ex cauſa aufert mihi rem meam.*

d ITem ſi verberatũ. Si quis rem. [d] Poſſeſſor qui de neceſsitate diſtraxit,tenetur ſolũ ad prætium quod recipit.h.d. Opp.del. item veniunt.

adire inuito patrẽ,an poſsit eo non vocato & ignorante. Itẽ latè quomodo princeps poſsit tollere dominiũ rei ſuæ alicui,& q teneatur ei reſarcire, vide Iaſ.in l.ſi.C.ſi contra ius vel vtil.publi.in prima & ſecunda colum. Item qd cũ clauſula,non obſtante,ex certa ſcientia,vel de plenitudine poteſtatis,poſſit tollere ius tertij & dominium,vide Ioan.de Ana.cõſi.lj.in vlti.col.Iſta tamen procedunt in ſupremo principe,vt eſt Papa,Imperator:ſecus in inferioribus recognoſcentibus Imperatorem,& ſimilibus,ſecundũ Pau.de caſt.ĩ l. quoties.C.de præcib.imperat.offer.quẽ vide.Sed contrariũ videtur velle Io. de Ana.in d.cõ.lxxxj. qui loquiẽ de dño ciuitatis Aſt.q erat dux Mediola.vi de omnino latè Feli.in c.quæ in eccleſiarũ.in ij.chart.verſi.quarta declaratio. extra de cõſti.in illis autẽ,qui de facto non recognoſcunt ſuperiorẽ, procedũt planè prædicta,vt per Feli.ibidẽ,& ſcripſi de talibus ad Bar.in l.hoſtes. ff.de rapt.ſequitur Iaſ.in l.reſcripta.C.eo.tit.in j.col.Idẽ etiam tenet.Ful.cõſ.xx.in j.volu.in ij.col.ad finẽ.Itẽ de eo q dictũ eſt,quòd tenetur reſarcire damnum, & ſi non reſarciat,non valet emptio,vide Aret.in l.ſi ſeruum. in tertio nota. de acqui.hęredi.vide Feli.de quo.ſ.in c.omnes leges.l.diſtinc.colum.penult. Item quomodo princeps poſsit tollere ea quæ competunt alicui de iure gentium,vide quæ dicit Iaſo.in l.quo minus.in iij.not.C.de flumi. vbi dicit tex. quòd poteſt tollere ius hauriendi a quam ex flumine publico , quod tamen competit de iure gentium. Item quod non poſsi princeps tollere dominium ſine cauſa, etiam ſi ſit vtile dominium vide Aretin.in lege.iij.col. penult.ff.de teſt.& do.Iaſon.in l. quò minus.ff.de flumi.Inter cætera dicit q põt princeps impedire ne acquiratur,licet quęſitũ à iure gentiũ tollere nõ poſit. Facit q ipſe dicit in l.is qui bonis.in iij.col.in princ. de verb.obl. vbi dicit quod interdictum iudicis impedit naturalem obligatio oriri. Pondera etiam ad hoc text.in l. quoties.de nouat. vbi. bannitus non obligatur etiam naturaliter eueniente poſtea conditione promiſsionis.Pondera etiam gloſſa. & quæ ibi notat in capitulo. naturales.ſi de feudo. fuerit controuerſi.

§.item

§.item placere.ſ.de peti.hære.Sol.ibi in malę fidei poſſeſſore:hic in bonæ fidei,qui non erat in mora reſtituendi: ſed ſi eſſet inducta per cõteſtationẽ,debet diſtingui:vt l.ſi poſſeſſor.§.ĩj.ſ. de peti.hęre. Vltimò no.† q princeps ex cauſa poteſt auferre ius meũ ſeu rem meam , & dare alteri. Idem puto in Republica alicuius ciuitatis. Dixi in l.Antiochenſium.de priuileg.credi.
1 ☞ *Bonæ fidei poſſeſſor an teneatur de interitu rei.*

Si ſeruus. Hic eſt ſingularis §.& hoc intendit. Poſſeſſor, qui non eſt totaliter malæ fidei,non tenetur de interitu,ſi res erat eodẽ modo peritura penes petitorem. Item re
3 perempta eſt neceſſaria ſententia propter acceſsiones,& ſtipula
a tiones de euictione.hoc dicit cum princ.l.ſeq.Oppo.q indiſtin ctè poſſeſſor malę fidei tenetur de interitu:vt l.illud.ſ.de peti.hęre.Huius timore ſunt hic duæ glo.prima noua,& ſecunda antiqua.Prima quæ eſt noua , eſt ſuper verbo demortuum. Vltima glo.quæ eſt antiqua eſt ſuper verbo,mora. In prima legitur iſte §.tribus modis.Nã aut poſſeſſor fuit ab initio malæ fidei,& duravit:& tũc indiſtinctè tenẽ de periculo:vt d.l.illud.niſi habeat iuſtam cauſam litigandi:quia timebat rem non eſſe petentis:vel timebat propter impẽſas. Et iſto caſu non poteſt habere locum diſtinctio huius §.hæc eſt prima lec.vt dixi.Sed glo.magna indiſtinctè dicit q in malæ fidei poſſeſſore non loquiẽ hæc lex : ſed puto illam glo.intelligi debere ſecundũ iſtam,& hanc eſſe verã.
1 Ex qua no.† q malæ fidei poſſeſſor tenetur de interitu reſpectu eius,cuius reſpectu eſt malæ fidei:aliter nõ. Sic enim diſtinguit hoc arg.l.Fulcinius.§.quòd ſi aduerſus.j.ex quib.cau.in poſ.ea. Itẽ nota illud quod dicit de intereſſe expenſarũ . Nam ſi retinet propter expenſas,nõ tenetur indiſtinctè de periculo. Secundo modo legitur in eo,qui fuit ab initio bonæ fidei , & durauit: & iſte non tenetur indiſtinctè de interitu:vt l.illud.ſ.de peti. hære. niſi poſsit ſibi imputari culpa quare non credidit rem eſſe petentis:tunc enim tenetur de interitu:vt j.ſi cer.peta.l.quod te.& tũc habet locum diſtinctio huius §.Not.illud quod dicitur de bo-
2 fidei poſſeſſore,qui habet iuſtã cauſam litigandi,q non tenetur de interitu:quod debet intelligi de tali cauſa , quæ non cadit in culpam:ſed ipſa glo.magna in fi.dicit indiſtinctè bonę fidei poſſeſſorem non teneri de interitu : ſed ſatis puto veram iſtam glo. cum poſt lit.conteſt.bonæ fidei poſſeſſor teneatur de culpa , vt j.l.proxi.Tertio modo legitur in eo,qui in initio fuit bonę fidei, poſtea cœpit eſſe malæ fidei : tunc enim propter bonam fidem, quam habuit ab initio,non tenetur indiſtinctè de periculo : ſed adhibetur diſtinctio huius §.ſcilicet aut erat eodem modo peritura penes dominum,aut non.& hoc tenet glo.iſta in gl. magna circa medium.Oppo.& videtur q ſemper habeat iuſtã cauſam litigandi , propter ſtipulationem de euictione . Solue vt not. in glo.Item q ſemper poſt lit.conteſt.dicatur malę fidei:vt ſ.de peti.hære.l.ſed & ſi lege.§.ſinautem. Solu. verum eſt quantum ad periculum interitus.Rationem dixi in l.illud.ſ.de peti.hære.Itẽ oppo.q ad moroſum ſemper pertineat periculum interitus:vt l. quod te.j.ſi cer.pet.Solu.aut loquimur in reali : & habet locum diſtinctio huius.§.ſecundùm lec.præcedentem . Aut loquimur in perſonali:& tunc an debeat diſtingui an res ſit eodem modo peritura penes petitorem,vel non:vt dixi in d.l.quod te.j.ſi cert. petatur.
1 ☞ *Stipulatio de euictione committitur,etiam ſi ſententia non ſequatur,quando eſt notorium q res ſit aliena.*
2 *Sententia poteſt ferri ad petitionem,etiam actore non volente , propter ſtipulationem de euictione.*
3 *Sententia qualiter formetur,& feratur in caſu huius legis.*

VTique. Opp.ad iſtam l. fructus & partus veniũt per officium iudicis mercenarij: ergo re perempta non durat officium iudicis:vt l.iiij.C.depoſiti.& l.centum Capuæ.j.de eo quod certo loco. Solu. gl.hic res periſt poſt litis conteſt.& ſic officium iudicis erat iam corroboratũ.Vnde re perempta non corrumpuntur acceſsiones & ad eas officium non perimitur.Sic intelligitur j. eo.l. ſinautẽ. §.ſi homo.Oppo.C.de euic.l.ſi tibi.Sol. eodem modo hic res extabat tempore litis conteſta. Oppo.de actio.emp.l.actorem.in
1 prin.Sol.vt ibi dicit gl.hic innuitur† quòd ſtipulatio de euictione non committitur,niſi ſequatur ſententia. quod eſt verum:vt l.at qui natura.§.cùm me abſente.ſ.de neg.geſt. quod intelligo,
2 niſi ſit notorium q ſit aliena,vt d.l.emptorem.† Quæro quid ſi

vbi legitimatio principis operatur ne dominiũ feudi vigore inueſtituræ acquiratur agnatis,quibus erat acquirendum quando fit legitimatio non obſtãte illo c.naturales.Faciunt etiã q dicit Feli.in c.q in eccleſiarũ.in xvij. col. extra,de cõſti.Itẽ q licet nõ poſsit præiudicare in dñio,tñ in poſſeſsione, poteſt tanq̃ ſit modici præiudicij,vide Bar.in l.qui authoritatẽ.C.vnde vi.Facit doctrina Bar.in l.admonendi.col. viij.dũ ponit q̃ dicantur cauſæ magnæ.ff.de iureiur. In contrarium vide Sali.in d.l. qui authoritatẽ.Et pro iſta vltima opinione,vide q̃ dicit gl. ordinaria in l.j.C.ſi de momenta, poſ.fue. appel. in gl. magna,in illo paſſu, an contra ſnĩam latã ſup poſſeſſorio poſſit peti reſtitutio in integrũ.q̃ glo. approbat à bar.Bal.et alijs Itẽ an poſsit tollere dñiũ, & an poſtea il le,cui tollitur, poſsit miſericorditer implorare iuſtitiã, vide Barba.conſi.lv. vol. iiij.colũ. xj.& ſequẽ. Et dum dictum eſt de poteſtate Papæ in beneficialibus, vide in contrarium q non poſsit papa præiudicare laico non ſubdito temporaliter ſibi in temporalibus vide Barba. in c. ad omnes col.vij. ad fi. de teſta. & econtra Imperator vel princeps ſecularis nõ poteſt præiudicare clerico in rebus ſuis: vide de vtraq; Feli. in c. quæ in eccleſiarũ col.xj.v. tertia declaratio.extra, de cõſti.

Culpa. Non eſt in culpa ſi quis vtatur re ad eum vſum,ad quem eſt deſtinata.h.d.

VLianus ſcribit, ſi hominẽ. Iſta lex legitur duobus modis in gloſ.ſecundũ primã lec. breuiter hoc intendit. Poſſeſſor tenetur de facto eius cui vendidit ; ſicut de ſuo facto. hoc dicit. Oppo. quòd imò tenetur ad rem,vt l.ſi ſeruum.§.j.ſ.de verbo.obli. Sol. fateor quòd res venit in petitione, & in cõ
a demnatione : & pretium venit tantum in executione. Et intellige pretium iuſtum: ſicut ſi ipſe occidiſſet, intelligendo quòd res perempta erat ante lit.conteſta. Sed ſecundum aliam lectu. hoc intendit. Re perempta in ſubſidiũ tenetur poſſeſſor actione neg.geſtorum ad pretiũ eius , licet non habuerit titulum lucratiuum , ſi ei contra
2 perimentem poteſt eſſe conſultum.hoc dí- 2 Pro concordia. Aduerte pro his quæ dicit Barto. in hac l. ſi poſt.f. quòd reus nõ poteſt deducere in iudicio exceptionem ſibi cõpetentem poſt lit.conteſta.alle. contradicere in l. j. ff. de except. colũ. iij. Tu dic q Barto. non mereatur dici cõtrarius, Sol.dat Barto.in d.l. & dicit eſſe caſum ſpecialem in hac l. ſi poſt. & hoc ideo, qa illa exceptio eſt odioſa: & ſic Bartol. non eſt ſibi contrarius.& ita pluribꝰ locis poſſet allegari contrarius . Sed vbi tradit regulam ſn vno loco & ſpecialitatem ſeu fallentiam in alio loco,magis videtur cõcordare quã diſcordare: & hæc ſolutio erit p oĩbꝰ q̃ adduci poſſent: qa p qualibet limitatiõe poſſet formari cõtrariũ: vt dicit ipſe Bar. in l.pacta.C.de pac.

cit. Oppo. quòd imò ille qui habuit titulum onerosum , non teneatur actione negotiorum geſtorum in ſubſidium : vt C.de rei vendi. l.mater.Solu.hoc ideo qa cedit ſibi actio l.Aquil. per quam recuperabit pretium à perimente. prima lectura eſt plenior. dicit gloſſa.

Idem Iulianus. Re perempta tenetur poſſeſſor poſt morã ad fructus, & cæteras actiones. hoc dicit.

1 ☞ *Vſapionem fuiſſe completam ante lit. conteſt. debet capitulari & probari.*
2 *Licet iudicio pendente uarietur directa in utilem : tamen ex eadem inſtantia ſequitur condemnatio.*
3 *Vbicunque culpa rei abſque facto actoris ius eius perimitur , peruenitur ad ſententiam ac ſi peremptum non eſſet.*
4 *Exceptio ſuperueniens poſt litem conteſtatam culpa rei iudicio pendente,non poteſt per eum opponi.*

s Ipoſt. Si pendente iudicio ius actoris perimitur abſq; facto ſuo, ex facto rei peruenit ad condemnationẽ, acſi peremptum nõ eſſet;

¶ Feretur ſententia. Bene faciunt not.per Dy.& Bart.in l.quã quam. §. Iulia. de aqua plu.arcẽ.in verſ. quæro quid ſi actor, &c. quãdo res perit pendẽte iudicio.Adde Bald. in l.j. C. de ali.iudi.et Bar.in l.ſi ſeruꝰ.j. de cõdi furt.

a ¶Vbicũq; ius perimitur. Ibi dixi vbicũq; iudex &c. Adde no. per Bart. & doc. in l. 1
ſi Titi⁹. de ver. obli. plenè per Bal. in pe. co. l. j. C. de ali. iud. mut.

b ¶Opp. q; poſt. vide in l. fi. ſ. de eo p quẽ fac. erit. ita etiã dicit Bal. in l. j. C. de vſuf cap. trãſſor. ad fi. & in l. nec bona. C. de p̃ſcri. long. tempo.

c ¶Si à bonæ fidei. addeq; Io. And. in addi. ad Spe. ſ. fi. in ti. 2
lit. cõt. refert Pil. per hãc l. diſputaſſe quæſtionẽ de illo, q; mulam, puincialẽ furto ſubtraxit: q̃ lit. cõte. rũ bonę fidei empto re mortua eſt: an emptor teneret: et cõclu dit q; nõ. Allegat etiã l. illud quoq; ſ. de pe. hære.

d ¶Loca ſacra. vide c. 3
examinata. de iudi. a
& quę ibi dixi. et vi de Bal. in c. quãto. ẽ iud. vbi aliter loquit & vide quæ ibi dixi. Andre. Barba.
☞ POMATES.

d ¶Loca ſacra vidĕ Abba. c. examinata. in vj. col. de iud.

& cautiones inuicem preſtabuntur. h. d. Et propter hanc legem debes eſſe cautus, qđ ita† formẽtur articuli, q; concludant completam vſucapionem ante lit. conteſta. dixi in l. Celſus. de vſuca. & debet dicere articulus, poſſedit à decem annis citra, & per dictũ tempus. Oppo. nemo ſine actione experitur: vt l. ſi pupilli. §. videamus. ſ. ẽ neg. geſt. ſed hic actor non habet actionem re vſucapta: ergo &c. So. dicebat Bul. verum eſt qđ non habet directam, ſed vtilem ſic. Alĩ dicebant q; hic eſt caſus ſpecialis, in quo non habens actionem auditur. Gloſſ. tenet primam: ex qua not.† q; licet pendẽte iudicio variatur directa in vtilem: tamen ex eadem inſtantia ſequitur condemnatio. quod tetigi ſ. in rub. dixi plenè in l. quanquam. j. de aqua plu. arc. Tamen. quicquid ſit, reperimus q; actor non habet dominũ vtile, vel directum: & tamen auditur ad vẽdicandum, contra l. in rem. in princ. j. eo. & ſic non eſt ſolutum contrarium. Solut. vt apparet in ſummario, in quo dixi, †vbicunque ius perimitur[a] abſque facto actoris culpa rei, perinde peruenitur ad ſententiã, ac ſi ius peremptum non eſſet. quod no. Et ſic habes etiam quod † exceptio ſuperueniens poſt lit. conteſt. culpa rei, non poteſt opponi. quod intellige de exceptiõe ſuperueniente pendente iudicio. & plenè examinaui hunc articulum, & dixi in l. j. j. de exb cep. Opp. quòd poſt [b] lit. conteſt. nõ poſſit impleri præſcriptio, cũ ſit interrupta: vt C. de præſcrip. xxx. an. l. fi. Sol. ibi loquitur in vſucapione triennij, quæ eſt fauorabilis, nec interrumpitur per lit. conteſt. ipſo iure, ſed in effectu: quod not. ſecus de preſcrip. long. tempo. vt l. more. C. eo. vel longiſſimi, vt d. l. fi. Sed hic oppo. j. l. proxi. vbi videtur loqui contrariũ in fundo. Sol. dicit gloſſ. q; ibi mutat caſum: vel: dicas cautionẽ eſſe præſtitam per ſeruum vſucap. Quæro ad quid interponat̃ iſta cautio. dic vt in glo.

Præterea. Quicquid ſeruus petitus lucratus eſt vel ex eo natum eſt, venit in reſtitutione. h. d. Vide q; res petita pendente lite poteſt efficiꝑ poſſeſſoris. Et hæc eſt quædam magna gloſſ. quæ non valet vnum obolum: quia ipſa non refert ſe ad l. iſtam: quia loquitur in poſſeſſore per vſucapionem facto domino. & ſic non continuatur ad præcedentia: vnde meritò ſibi acquiritur ex rerum opera. & poteſt iubere adire.

c ¶Si à bonæ fidei. Re perempta, vel perdita poſt lit. conteſta. non tenetur poſſeſſor, ſi dolus vel culpa ei imputari nõ poſſit. h. d. quod nota.

1 ☞ *Dominia de iure ciuili quibus modis quærantur.*

In rem actio. Oppon. j. tit. j. l. j. & j. titu. ij. per totum. Sol. ibi loquitur de directa rei vendicatione, ibi de publiciana. ſeu de vtili rei vendicatione. Opponi. de l. doce. C. eod. tit. Sol. ibi in muliere quæ non habet dominium: licet Mar. dixerit contrarium, vt plenè not. C. de iure do. l. in rebus. Quæro, quibus modis acquirantur dominia de iure gentium. Dic vt Inſti. de rerũ di. per totum. & j. de acquir. re. do. l. j. vbi text. ponit multos modos.† Quæro qui ſunt modi, quibus dominia acquirantur de iure ciuili. Reſpond. vſucapione: vt l. traditionibus. C. de pact. Itẽ hæreditatis aditione: vt l. cum hæredes. j. de acquiren. poſ. Item teſtamento: vt in legatis: vt C. communia de leg. l. j. & ij. Item ingreſſu monaſterij: vt authen. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. Item monachatione, & ſimilibus. Item arrogatione: vt inſti. de acqui. per arrogationem. Item in multis aliis diſpoſitionibus legunt. et de hoc ponuntur multa exempla, videlicet C. de ſacroſan. eccle. l. fi. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. & in l. meminerint. cum multis aliis ſimilibus. h. d.

☞ *Laicus uendicat ius patronatus, quod habet in eccleſia.*

d Loca ſacra. [d] Res quę in nullius bonis ſunt, vẽdicari nõ poſſunt. h. d. Oppo. C. de ſacroſan: eccl. l. ſancimus. Dicunt quidam, ibi in mobilibus, Dat gloſ. multas aliàs ſolutiones. Veritas eſt hæc quia text. hic ſoluit q; nos modo poſſumus vendicare vendicatione directa, quaſi noſtra. Sed pro iure quod habemus in eis, poſſumus vendicare adiecta cauſa de iure Canonico: vt dixímus de libero homine: vt ſ. eod. l. j. §. per
1 hanc & ſic † poſſet laicus vendicare ius patronatus quod habet in eccleſia.

Sed & id. Pars cedit toto: & liquido cedit aridum, ſi ei vniatur. h. d. Opp. q; ille qui mala fide ædificat in alieno, videtur donare: vt inſtit. de re diuiſi. §. ex diuerſo. Hic eſt huiuſmodi: ergo &c. Sol. qñ quis ædificat in alieno: debet adhiberi illa diſtinctio vtrum bona, vel mala fide: ſed hic ędifica bat in ſuo de alieno: quia rem alterius faciebat partem rei ſuæ. Oppo. q; iſta ſtatua debet eſſe cõmunis pro rata, vt ſ. eo. l. iſ. §. fi. Solu. ibi loquitur quãdo infectum adiungitur infecto: vt maſſa maſſæ. Vnde non poteſt dici q; vna ſit pars alterius: ſed quando factũ adiungitur facto, vt hic, id quod eſt pars, cedit ei quod eſt totũ, ſeu ei qui tenet locum totius: ideo gl. diſtinguit hic & bene quam vide. Vnum tamẽ gl. dicit hic: ſcilicet quãdo factũ adiungitur facto: ita q; neutrũ eſt acceſsio alterius, q; minus cedit maiori. ſed ſi neutrum eſt maius: accedit prætioſiori. Contrarium no. j. proxi. §. in gl. ſuper verbo, trahit. ſed gl. hic poſita eſt verior. Opp. quòd pictura non cedit tabulis: vt j. de acquirẽ. rerum do. l. qua ratione. §. literæ. Iſtud cõtrarium eſt difficile: quia ibi text. eſt directè contra. Sol. dicunt quidam q; hæc corrigitur per illã tanquã poſteriorẽ. Iſtã tenet Azo in ſumma, & do. Ia. Butri. Tu verò dicas vt dixi plenè in d. §. literæ. Vltimò dicit gloſſ. q; ſemper ſcriptura trahit ad ſe chartã. quia prętioſior: ſicut pictura trahit ad ſe tabulã, quod non placet: vt Inſti. de re. diui. §. ſi quis in aliena. Non enim ibi prætioſius trahit ad ſe: imò charta quæ eſt arida, trahit ad ſe liquidum. Vnde ratio prętioſitatis nihil ad factum. Vnde ratio eſt, quam ponit hic Iuriſconſultus: ſcilicet qa ſine eo, cui cedit, eſſe non poteſt. Differentiam inter literam & picturam dixi in dicto §. literæ. Nã ſcriptura nõ occupat totũ: ſi cut pictura occupat totam tabulam: quod in ſcripturam non eſt, quæ non occupat totam chartam.

In omnibus. Qui vendicat totum, repellitur exceptione: niſi reſtituatur pretium partis aduncta. h. d. Dicitur hic quod per prævalentiam, &c. contra. ſ. §. proxi. & quod ibi dixi. Solu. prævalentia poteſt eſſe in valore rei q; quãdoq; attẽditur, vt vidiſtis in præce. §. in glo. magna. Item põt eſſe prævalentia ratione partis nobilioris: & tunc nobilior pars, & principalior. trahit ad ſe minus principalem. Quæro, quid ſi gemma inferatur annulo. Dic vt j. de vſufca. l. rerũ miſtura, &c. Quid ſi duo vaſa ſimul iungantur, ita q; non ſit acceſsio alterius. Gl. hæc dicit vnum aliud quod dixit gloſſator in gl. magna ſ. proxi. illam tene. Item quæro: dicitur hic q; poſſeſſor habet exceptionem: nunquid ſit verum indiſtinctę. Glo. tenet q; ſic, ſi bonæ fidei poſſeſſor immiſcunt. ſecus ſi malæ fidei: quia tunc ſibi denegaretur exceptio, & actio in factum.

Item quæcunque. Ea quæ vni corpori vniuntur, compoſitione durante vendicari non poſſunt: nec ea diſſoluta ſi per ferruminatioñ ſunt vnita. ſecus ſi per applumbaturam: ſed actiõe in factũ primo domino conſulitur. Sed in vnione quæ ex ſeparatis corporibus conſiſtit, quilibet ſuæ rei dominus remanet.

1 ☞ *Laboratores conducti ab aliquo in aliena poſſeſsione q; excuſentur.*

Tignum. Hoc dicit: cõtinua ſic. Supra dixi de his corporibus, quæ cõſiſtunt vno ſpiritu: & vna elementatione. Itẽ de corporibus ſeparatis: nũc verò de his quæ conſtant ex diuerſis elementationibns & corporalibus coniunctis. h. d. Tignum alienum ædibus iniunctum, non poteſt vẽdicari, nec peti quod ſeparetur: ſed actione de tigno iniuncto erit agendum. h. d. Quæro, vtrum hæc actio de tigno iniuncto indiſtinctè detur ad duplum. Gl. q; non, niſi contra malæ fidei poſſeſſorem, vt l. de eo. de dona. inter virũ & vxor. Quęro quot actiões denſ cõtra malæ fidei poſſeſſorem. Gl. q; quinq; vide eã. Quæro nũqd ille qui iniũxit, ſi habet iniũctũ, teneat̃. Dixit glo. q; ſic.

Item quæ

a ¶Item quæritur. Adde quæ notaui hic. & vide not. d. Pe. in repe. c. j. de conſti. ti xiij. q. in ver. quæro in quæſtione in qua conſuluit Bald. vide Bar. in l. non ſolum. §. ſi mandato. j. de iniur. & l. de pupillo. §. nunciationem. ff. de oper. no. tum. & ibi Ludo. Roma. in addi. Ioan. de Imo. in d. l. de pupillo. §. ſi quis forte. Bald. in l. non ideo minus. C. de accu. & quod ipſe dixit in l. qui ſepulchra, C. de ſepultu. vio. & vide Salic. in j. q. de l. non ideo minus. vbi pulchrè loquitur: & conſului pridie apud Ferrariã. vide illud conſilium. Vide hic Bal. & Ang. & vide Ludo. Rom. in conſi. ccxciij. And. Barba.
☞ P. PAV. P.

b ¶Accuſat laborantes. Vide oĩo Alex. conſi. xxxvj. in j. co. incip. viſis his. & repetito conſil. lxxix. in j. volu. in d. j. colũ. vbi habes ex eius dicto tria requiſita ad hoc vt excuſentur labo rantes. Primò q; conſtet eos eſſe labo rãtes, ſiue maſſarios illius, cuius nomine dicuntur ea feciſſe, et ad hoc habuiſſe mãdatũ à domino, vel eo ſciente vel patiente feciſſe: & ſic non ſufficere quòd eſſent maſſarij in genere ad alia, ſed quòd ad hoc fuerunt conducti, & tanquam conducti illud fecerunt. Secundò requiritur quòd non fuerint prohibiti illud facere per aliquem: quia tunc videntur bona fide feciſſe: ſecus ſi reperiãt reſiſtentem in loco. In contrarium tenuit Alexan. in l. de pupil lo. §. nunciationem. in iij. & iiij. col. ff. de ope. no. nuncia. Ang. Imol. Ludo. Roma. & alij Moder. tenent prædictam limitationem, vt referidẽ Ange. in d. conſi. Vide etiam Iaſ. & communiter alios ĩ dicto §. nunciationem. Et pondera bene verba Alexand. ibi. Tertiò requiritur quòd neſciuerint rem ad aliũ pertinere. ſecus ſi reg erãt alterius, et p eũ poſſeſſa, & hoc ſciebant laborantes, vel
e veriſimiliter præſumebantur ſcire, vt quia vicini erant. Ita Alexan. ibi in iij. col. Et ſic habes tres limitatiões ex dictis per eum in dicto conſil. Vide etiam vnum verbum per eundem conſi. ccj. in iij. volu. vbi dicitur nõ credi laborantibus dicentibus ſe feciſſe ranꝯ laboratores conductos: quia iſtud tẽdit ad exonerationem ſuam. Ad hoc vide Bald. in l. qui mihi. ff. de donatio. Nec etiam eſſet credendum domino, qui diceret eos feciſſe de mandato & voluntate ſua, niſi aliter conſtaret, per ea, quæ in ſimili ponit Bart. in l. inter omnes. §. reſtat. ff. de fur. de quo per Felin. in c. j. in vlti. colum. extra, de præſumptio. vbi diſtinguit vt ibi per eum. Et quòd quando laborantes ſciebant rem ab alio detineri, teneantur, nec excuſentur ex mandato domini, vide practicam in forma libelli perturbatæ poſſeſsionis. in verſicu. omnino. vide etiã quando eis eſt inhibitum, quòd dicãtur in dolo & mala fide, in c. ſi diligenti. in iij. col. extra, de præſcript. vbi ſimpliciter refert ita. & ſequitur Bald. & Angel. hic, & dixit etiam ſe dixiſſe in c. nihil. eo. titu. de præſcript. & quòd tunc non excuſentur, vide Socin. in l. quod licet. prope fin. ff. ſi certum petatur. Iaſ. in d. l. j.

§. nunciationem.]

b ¶Laborãtes. Not. hoc pro excuſatione laborantiũ in alieno fundo, & an ſi in duco laboratores ĩ aliena poſſeſsione, dicar turbare poſſeſsionẽ, vide glo. in l. quicunq;. C. de ſer. fugi. & in l. liber homo. ad l. Aquil. & qđ dicit hic, facit qđ no. Bar. in l. ſi Stichũ. §. ſi ab alio. j. de noua. Et ad hanc glo. vide Bal. eã allegan tẽ in auẽ. ingreſſi. in ĥ. colũ. de ſac. ſanct. ecc. Et adde quòd tales laboratores poterunt agere actione iniuriarũ contra cõducentem et ad damnum: vt eſt gloſſ. & ibi Bald. in l. qui ſepulcra. in prin. de ſepul. vio. & hanc gl. intellige lvt p Ange. in auẽ. vt omnes obedien. iud. in iij. colũ. Ang. hic, et quod no. Bart. in l. non ſolum. §. iij. de iniur. Hanc glo. tamen not. limita quando iſtis laboratorib⁹ nulla fuerit facta inhibitio ſeu nunciatio. aliàs tenebuntur domino ad intereſſe. per id quod not. Barto. poſt Iaco. Bu. in l. de pupillo. §. nunciatio. j. de oper. no. nũn. & Imol. ita limitat hanc gloſſ. in d. l. de pupillo. §. fi qs forte. & fuit limitatio Salice. in d. l. non ideo minus. C. de accuſa. & hanc gl. etiã allegat Barto. in l. nõ ſolũm. §. ſi mandato. in ij. colũ. de iniur. & Bald. in d. l. non ideo minus. in j. col. & ibi Salic. in j. q. Adde qđ pulchrè voluit Bald. in conſil. cxxix. lt. iij. vbi dicit quod ſi laboratores excedunt mandatũ, tenentur, & quòd non tenentur inquirere cui⁹ ſit peria terræ. & quod idem voluit cõſi. ccIxiij. co. lib. ſ. q; ſtatutum volens, q; dãs damnũ puniatur certa pœna, non habet locum in laboratoribus conductis ad incidendum ligna, & alia facienda.
☞ POMATES.
¶Ipſi excuſentur. Intellige vt per Alexã. cõſil. xxvj. viſis his quæ per dominos ad uocatos. ĩ prin. j. vol.
☞ P. PAV. P.
¶Is qui ſe obtulit. Circa materiã huius l. vide Fel. in c. aduerſario. in j. col. ad fi. extra de excep.
¶Tempore ſententię. Vide per Dy. et Bar. in l. q̃ſq; ſ. Iulianus. de aqua plu. arcen.
¶Deſijt poſſidere. Sed an ſtatutum faciens mentionem de poſſeſsiõe habeat locum in eo qui dolo deſijt poſſidere, vide Ioan. and. in regu. pro poſſeſſore. in mercu.

g ¶Fructus. Intellige & limita hanc l. vt not. voluit Bar j. eo. l. qui reſtituere. et vide Bal. no. in l. ſi quis ſciens. C. eo. in q. quotidiana.
g ☞ POMATES. ¶Fructus. Limita vt per Ro. ſin. cccxxxv.
g ☞ P. PAV. P. ¶Fructus. Circa materiã huius l. an malæ fidei poſſeſſor teneat̃ non ſolũ ad hos fructꝰ quos ipſe potuit percipere dñs, vide latè Aret. in l. apud Iulianũ. §. fructꝰ. ff. de leg. j. & ibi etiã an pceda. libellus, peto rem cum fructibus, alter nõ ſpecificat. Itẽ ſi pertinẽ fructus pcepti & percipiẽdi. an iudex poſſit cõdẽnare in fructib⁹ pcipiẽdis poſt ſniam ante executionẽ ſniæ. vide ibi p eũ, & ẽt nouiſſimo Itẽ qño poſſit peti fructꝰ, an ſimul cũ re principali, an ĩ alio iudicio. & qđ ſit vtilꝰ, vide Iaſ. in §. in rẽ iuſtã. de offi. iu. Itẽ an poſ-

ſit fieri cõdẽnatio in fructib⁹ futuris, vidẽ Ang.q nõ,in l.Iulian⁹. §. idẽ Iulian⁹. el j. ff.de re iu.ſed in fructib⁹ ꝑceptis ꝑdẽte iudicio an ꝑõr cõdẽnate ẽt ſi nõ ſit petitũ ĩ libello, vide eun dẽ Ang.in iſta l.fructi⁹.in fi.vidẽ ad Bar. ĩ §. vbi aũt.j.el. qũo fructi⁹ peti poſſint.

a ¶Opp.dr. vide ĩ l. ſi pr̃.C de vſufruct.& Bal.in l.j.ſprin.ff.co. C.de fru.& li.expẽ. Addẽ ꝓ Io.an in add. ad Spe.in ti.de fru.et intereſſe.§.j.ĩ fi. vbi ponit qđ Ro.đ dño nudæ ꝓprietatis vẽdicãte fundũ à poſſeſſore,an veniant fructus à ſententia.

b ¶Tenebat Azo.bal. ĩ c.j.§.fi.ĩ v.co.de ꝓhib.feu.alie.ꝓ Fed.ꝓ Spe.de loca.§.nũc aliqua. ver.clxj.ibi q honeſtè &c. vide ĩ l. a ancillarũ.in fi. & q ibi no.ff.đ pet.hære.

c ¶Materiã fructuũ.et q̃ poſſeſsio ſufficiat, vide in l.iij.§.ex contrario.de acq.poſ.Et qũo cognoſcãt fructi⁹ naturales, in duſtriales & ciuiles,vide Bal.in l. ꝓ onerib⁹.C.đ iu. do.et q̃ j. ſcripta ſunt.& Bal.ĩ l.ancillæ ĩ iiij.co. C. b de fur. Et dẽ hac materia plenè p d.Inn. ĩ g.grauis.& de reſti. ſpol.

d ¶Aliį ciuiles. bal.ĩ l. ſi traditio C.đ ac.ẽp. ĩ fi.appellat fructi⁹ ĩduſtrialiſſimos. De iſtis domorũ pẽſiõibꝰ,q fructi⁹ dicãt vidẽ bal.in l.vbi adhuc.ĩ pe.co.C.de iu. do.ꝓ gl.ĩ l.diuor.ĩ prin.ff. ſo.ma.& tex.in l.ꝓ diorũ.ff. de vſur. & Ant.đ Bu.ĩ d.c.grauis.de reſt.ſpo.Et đ vſura vide in l.vſura.pecuniã.de verb. ſign.& in d. l.ſi naus.Adde an fructus appellatiõe veniant pẽſiões domorũ,Alex.cõſi.clxxxj.li.ij. 1

ℌ P. PAV. P.

e ¶Pẽſiones domorũ. Quis fructi⁹ dicatur pẽſio domorũ,& an ſtatutũ faciẽs mẽtionẽ de fructib⁹ cõpẽſẽdat pẽſiões domorũ,vide Ale.cõ. cccxxiij.ad ff.et ĩ cõſi. clxxxj.in ij.vo. & đ his,& q dicãt fructi⁹ naturales,et q induſtriales. vide d. Frã. cõſ clx.ĩ prin.de pẽſio.domo.vide ĩ tra. de gabel.ĩ v.par.ĩ ij. co.& ibi & q ſportet verbũ reditus,& an ĩdẽ vel plus qđ verbũ fructi⁹.de quo vide in l. fundi. ad Bar.ff.de vſufruc.le. Quod aũt pẽſiones nõ dicant ꝓprie et ſtrictè fructus; vide ꝓino Alex.ĩ l.diuor-

ſui culpa,ab inde deſinunt deberi.cùm cœperint poſſe percipi abq; ſui culpa, abinde incipiunt deberi.hoc dicit cum ſequen. & princip.l.ſequen.Et diuiditur. Primò ponit vnum dictũ in genere. Secundò ponit vnam illationem,quando fructus deſierũt poſſe percipi culpa poſſeſſoris.Tertiò ponit vnam aliam illationem quando cœperunt poſſe percipi.Quartò ponit aliã quãdo deſierunt poſſe percipi facto petitoris. Secunda ibi:& ideo.Tertia ibi, hac ratiõe. Quarta in principio l.& ex diuerſo.Opponitur C.eodem.l.ſi fundum. Solutio. hoc debet intelligi in poſſeſſore malæ fidei: qui caret titulo,vt hic in gloſſ.magna,licet Petrus aliter teneat in dicta l. ſi fundum. non curo.Opponitur quòd habeatur ratio fructuum inhoneſtè perceptorum,vt l.ancillarum.ſupra de petitio.hæredi. Solu. ibi loquitur in perceptis qui veniunt in reſtitutione:,ſiue honeſtè, ſiue inhoneſtè ſint percepti,hic de percipiendis qui non cõſiderantur,niſi prout honeſtè percipi potuerunt. Opponitur dicitur[a] quòd quando alterius erat vſusfructus non habebitur ratio fructuum.Contra: quia poſſeſſor non habet obijcere de iure alterius: quia quantum ad eum liberas ædes habeo l.locí corpus.§.competit.infra ſi cer.vendi.Solu.Dicunt quidam hoc intelligendum quando agitur contra fructuarium, vel habentem cauſam ab eo qui excipit de ſuo ſecus ſi contra extraneos ageret,vt in contrario:& hanc tenebat Azo.[b] Aliį dicunt aut quæritur de fructibus perceptis : & procedit opini.Azo.aut de percipiendis: & hæc lex debet indiſtinctè intelligi.Et iſtam opinio. tenebat Iacob.but.quam puto veram.Declaro : quandoque quæritur de fructibus perceptis:& ius percipientis non eſt exclu ſiuum iuris agentis:quia nihilò minus fructus percepti domini efficiuntur j.de vſufruct.l.ſi fur.Sed quando quæritur de percipiendis:tunc ius tertij eſſet excluſiuum iuris agentis:quia non honeſtè percipi potuerunt à petitore:cum vſusfructus eſſet alterius,vt hic in princip.& l.ſi nauis. in fi.j. eodem.Ad prædicta facit quod tangitur per gloſſ.in l.j.§.quod autem. j. de ſuperfi. & j.de condi.indebi.l.indebi.§.ſed & ſi nũmi.in vlti.glo.& ibi tetigi vobis.

Diuerſo. Oppo.quòd fructus pertineant ad hæredes antequam legatarius cauerit de vtendo & fruendo,arbitrio boni viri l. vxori.in princip.j.de vſufruct.lega. Gloſſ. concedit oppoſitionem.quod placet: quia licet tex.dicat hic ex eo tẽpore quo diſceſſit &c.ſed in effectu proprietarius non diſcedit cautionẽ añ præſtitã:ergo &c.Vltimò gloſſ.magna quæ eſt hic,tractat materiam fructuum[c] quæ eſt multum ſolennis, & quotidiana:& ideo eam bene & compe 1 tenter examinabo. Et añ oĩa gl.† præmittit diſtinctionẽ fructuũ:aliį naturales[d], vt poma & ſimilia:aliį induſtriales, vt ſegetes quæ induſtria bominum quæruntur.Hæc e eſt prima diuiſio.Melius diuideretur fructuum aliį ciuiles, [d] vt penſiones domo d rum[e], vecturæ nauium & ſimilia,quæ nõ ex re,ſed ex prouiſione hominis quærunturꝫ & percipiuntur propter rẽm l.ſi nauis. in principi. infra eodem, Et iſtorum ciuilium quidam ſunt honeſtè percepti: quidam inhoneſtè: vt dicta l. ancillarum. ſupra de petitio. hereditа. Aliį naturales & iſtorum quidam vocantur induſtriales,[f] in quibus plurimum verſatur de hominis induſtria, vt ſegetes & ſimilia. Aliį ſtant in ſuo nomine , ſcilicet naturaf les, [f] in quibus modica. aut nulla induſtria verſatur,vt poma : & ſimilia , in quiz bus gloſſ.dicit.Sed † dubitatur de quibuſg dam:quid de oliua. [g] ſeu oleo,vtrum dicãtur fructus induſtriales an naturales? Item i quid de lana,& lacte.Breuiter docto. in l. certum.C.eo.dicunt quod de hoc non poteſt dari perfecta doctrina, ſed relinquendum iudicis arbitrio,qui examinet,an plus operetur in duſtria: quam natura. Tu dic h quod de [h] oliua hoc eſt expreſſum quod eſt fructus induſtrialis : ſicut vinum vt infra eodem.l.ſi eius.De lacte & lana habes gloſſ.paruam Inſtit.de rer.diuiſi.in §.ſi qs à non domino.in gloſſ.ſuper ver. cura. vbi tenet quod eſt fructus induſtrialis propter multam curam. In quibuſdam fateor dicti i tum [i] doct.quia non poteſt dari doctrina perfecta , vt in fœno, ſylua , & ſimilibus. Nam quandoque requirunt magnam curam : quandoque modicum ſecundùm naturam locorum. & eorum conditionem: & ideo an ſit induſtrialis an naturalis , arbitrio iudicis relinquitur,conſiderato eo quod plus præk ponderat:argu.l.quæritur.ſ. de ſta.ho.Sequitur alia[k] diuiſio fructuum,quorum aliį percepti aliį percipiendi.Percepti dicuntur à bonæ fidei poſſeſſore:quocunque modo à terra ſeparati ſunt à fructuario in horreis reconditi:vt infra qui.mo. vſufru. amit. l.ſi vſusfructuarius meſſem.ita dicit gl.hic Azo in ſum. & Spe. in titulo de fructi.& intereſſe.dicit ideo de verbo ad verbũ nullo addito.Secũdũ iſtam op.dictum labeonis poſitũ in d.l.ſi vſufructuarius meſſe.corrigitur ꝓ l.Iul.q nõ eſt verũ:quia iuriſcõſultus author dicit ibi dictum Labeonis eſſe verum. & ideo in 3 d.l.ſi vſufructuarius.ponit alia opini. † Nam fructus dicuntur percepti à bonæ fidei poſſeſſore quoquomodo à terra ſeparati ſunt à ſe vel ab alio ſuo nomine:ẽt ſi caſu:vel ab alio non ſuo nomine à fructuario verò tm̃ ſi ſuo nomine.& iſta eſt vera opi. quã tenebat Frã.accur.pe.& Cy.C.e.l.certũ.& Ia.de be.& quaſi oẽs mo.ꝓbo:fructꝰ efficiũt coloni,quocũq; mõ ſint à terra ſeparati,ab eo vel ab alio eĩ⁹ noĩe.l.ſeru⁹.§.ſi locaui.j.đ fur.multo magis infructuario.nec regrit q̃ in horreo fuerũt recõditi. Sequit 4 in gl.itẽ ꝑcipiẽdi.† qũo debet itelligi. Dic ꝑcipiẽdi dicũt vel qa ĩmaturi,vel qa dñs ꝑcepiſſet eos. Vult dicere q verbũ ꝑcipiẽdi, poſsit reſpicere tẽpus futurum,vt qui in futurũ. ꝑcipi poterunt non tñ ſunt percepti:ſed de hoc aliqualiter dubitatur qualiter debet intel

tio.in prin.in xj.col. ff.ſol.ma.verſi.puto tñ.ibi iſtud notat ad ſtatuta q̃ debẽt ſtrictè intelligi, vt ꝓ eũ & ĩ d.cõſi.cccxxiij. ad fi. licet contrariũ dicat Barto. vbi. ſ. Ideo bñ no.vide qđ dicit idẽ Alex.conſi. dccxliiij.in v.vol.in iij.col.in prin.& vidẽ eundẽ Alex.in d.l.diuortio.

ℌ P. PAV. P.

f ¶Scilicet naturales. vide Ang.in l. apes. §.j.ad fin.ff. de furt.

g ¶Quid đ oliua.No. Bart.in l.fi.j.ad l.fal. Quod oleũ ſit induſtriale,tenet bald. in rubr.C de fru. & li. expẽ.Adde Bal. in l. ꝓ onerib⁹.C. de iur. do.& in l.j.ad fin. de vſu.& fru. le. De fœtu pecorũ, vide Bar. in l.ſequit. §. fructꝰ. de vſufruc. qui vult q̃ ſunt ĩduſtriales.Bal. in l.ancille.ĩ viij.oppo.C.de fur. Addẽ an oliua ſit fructꝰ induſtrialis vel naturalis Bar.cõſ.clxxiij.

h ¶Tu dic quod de. vide Bald. in l.j. C. de fructꝰ.& lit.expẽ. & in c.grauis.de reſtitu.ſpo.& ibi doc. And.Bar.

i ¶Fateor dictum.ad de Bald.in.l.certum C.eodẽ.& in l. ij. in xxij.col.verſic.nunc de ſeptimo.C.đ ſer. & Innocen.in c. conſultationibus.de iure pat.& in l.j.in vl. co.de vſu.et fru.leg.

k ¶Sequitur alia. vide glo.in c.præſenti. de offi.ordi.lib.vj.in capitul.ſi propter.de reſcrip. eod.lib. qui tenet idẽ quod iſta glo.Sed domi. Car. in c.fin.de pecu. cle. ſequitur opin. Petr. Cy.

1 ☞ *Fructus qui ciuiles & qui naturales dicantur.*

2 *Oliua,lana,& lac.ſunt fructus induſtriales.*

3 *Fructus dicuntur percepti à bonæ fidei poſſeſſore, quoquo modo ſunt ſeparati à terra:licet non reconditi.*

4 *Fructus percipiendi quando intelligantur de percipiendis à poſſeſſore,& quando à petitore.*

5 *Poſſeſſor bonæ fidei cum titulo.quod faciat fructus ſuos.*

6 *Poſſeſſor bonæ fidei ad quorum fructuum reſtitutionem teneatur quo iure, & qua actione.& numero 10.*

7 *Bonæ fidei poſſeſſor in quantum eſt factus locupletior,q̃ teneatur.*

8 *Debitum dicitur etiam quod uenit officio iudicis.*

9 *Poſſeſſor qui à principio fuit bonæ fidei,ex poſtfacto malæ quando faciat fructus ſuos.*

10 *Poſſeſſor malæ fidei quos fructus facit ſuos:& quando titulus cum excuſat.remittitur.*

11 *Poſſeſſor malæ fidei à principio ex poſtfacto bonæ fidei quod non faciat fructus ſuos.*

12 *Poſſeſſor ut faciat fructus ſuos,an debeat intelligi de poſſeſſore naturali tantum,uel de habente ciuilem & naturalem.remittitur.*

X diuerſo. Aliàs. Et ex

